

(7) BUEEQ.B1.Φ.13

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
DEFENSIONE
PRO
AVERTENDA INQVISITIONE
QVAM
CONSENSV
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
LIPSIENSIS
PRO GRADV DOCTORIS
OBTINENDO
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT
HENRICVS MEIER
BREMA-SAXO.

DIE XVII. APRIL. M DCC XXXVIII.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

DISSESSATIO NAVAGARVIAE IAVRIDICY

DE

DEFENSIOINE

PRO

AVERTIMENTO IN VIGILIONE

MAY

CONVENTUS

UNIVERSITATIS COLLEGII ORDINIS

FRANCISCANORUM

PRO GRADA DOCTORIS

OCULTATIONIS

ALMA MAGNA UNIVERSITATIS

TRINITATIS

HELIODORI MELIOR

DISCUSSIONES

AD TITULUM AVANTIAE

DISCIPULI

AD ALMAM MAGNAM UNIVERSITATEN

LIBERTATIS
PERILLVSTRI AMPLISSIMOQVE
INCLVTAE
S. R. G. IMP. LIBERAE
REIPVBLICAE BREMENSIS
SENATVIT
VIRIS
MAGNIFICIS EXCELLENTISSIMIS
NOBILISSIMIS CONSULTISSIMIS
PRUDENTISSIMIS
DN. PRAESIDI
DN. CONSVLIBVS
DN. SYNDICIS
DN. SENATORIBVS
PATRIAEC PATRIBVS

LIBERTATIS
AEQVE AC
SALVTIS PVBLICAE
ASSERTORIBVS
ECCLESIAE DEFENSORIBVS
AEQVISSIMIS
IVSTITIAE SERVATORIBVS
MVSARVM PRAESIDIO
GRAVISSIMO
PATRONIS
ET
FAVTORIBVS
AETERNVM COLENDIS
LIBELLVM AVSPICALEM ACADEMICVM
DEVOTA MENTIS VENERATIONE
PIOQE CVLTV
D.D.D.

HENRICVS MEIER.

CONSPPECTVS
DISSERTATIONIS.

- §. I. *De officio Iudicis criminalis pariter Accusatoris atque Defensoris, in Processu Inquisitorio.*
- §. II. et III. *Cur potius Defensor quam Accusator in Processu Inquisitorio separati dandus sit.*
- §. IV. *De Incommodis ex defectu legitimi Contradictoris, in Processu Inquisitorio.*
- §. V. *Processus Criminalis Brevensis, qui habet legitimum Contradictorem, describitur et commendatur.*
- §. VI. *Vindiciae Processus Inquisitorii ex recto usu arbitrii Iudicis.*
- §. VII. *Ratio et Summa dictendorum.*
- §. VIII. *Definitio Defensionis pro auertenda inquisitione, et eiusdem iustae causae propter nullitatem Processus et incompetentem Iudicem.*
- §. IX. *Vtrum Defensio petenda sit a Iudice superiore, an vero ab inferiore, et de Iudice suspecto recusando.*
- §. X. *De Clerico petente Defensionem.*
- §. XI. *De Defendendis reis ab alio iudice iam punitis.*
- §. XII. *De Defendendo reo contra nouam ab alio Iudice attentatam Inquisitionem.*
- §. XIII. *Refellitur error eorum, qui exceptiones peremptorias non alias, quam in continent liquidas, ad fundamenta Defensionis adsumunt.*
- §. XIV. *De diuersa probatione criminis et innocentiae rei.*
- §. XV. *Res exemplo illustratur, et quae Defensor in petenda, et Iudex in admittenda defensione obseruare debeant.*
- §. XVI. et XVII. *De caute instituendo examine rei testis, loco summariae responsionis, si ad eam nondum grauatus est.*
- §. XVIII. *De summaria responsione rei non ad generalem, sed ad specialem inquisitionem referenda.*
- §. XIX. *De Defensione pro auer-*

auertenda inquisitione spe-
ciali summaria.

§. XX. De Processu Inquisitio-
nis specialis summariae ex
Mandato Electorali Sa-
xonico , et de recto vsu
summariae responsionis
rei.

§. XXI. De Defensione rei pro
auertenda speciali inquisi-
tione solenni. 1) Si reus
factum negat.

§. XXII. 2) Si reus fatetur
factum , sed negat esse illi-
citum, et contendit iure fa-
ctum esse, vel 3) casu for-
tuito euenisse.

§. XXIII. 4) Si confitetur fa-
ctum illicitum , sed negat,
esse dolosum, et contendit,
si non casu fortuito , culpa
minimum, neutquam vero
dolo factum esse, vel 5) ne-
gat inquisitione speciali so-
lenni dignum.

§. XXIV. De delictis speciali
inquisitioni solenni obno-
xiis, et non obnoxiis, quo-
rum cognitio ad iudicem
criminali spectat. Contra
Carpzouium.

§. XXV. Discernuntur casus
Iurisdictionis criminalis a

causis criminalibus , quae
speciale inquisitionem me-
rentur.

§. XXVI. et XXVII. De genui-
na ratione et necessitate in-
dagandi corpus delicti fa-
cti permanentis.

§. XXVIII. Exemplis ostendi-
tur necessitas.

§. XXIX. De Corpore delicti
facti transeuntis, et de in-
dictis.

§. XXX. et XXXI. De hypothet-
ica a Iudice et Defensore
assumenda , quod ad com-
missum delictum, et eiusdem
Auctorem attinet : de re-
mouendo signo contrario,
vel cum aliis, reum gra-
uantibus, conciliando.

§. XXXII. De conditione et
ante acta vita accusati, co-
gnito delicto, imprimis a
Iudice et Defensore con-
sideranda.

§. XXXIII. Traditur modus,
qui nouissimis LL.crimina-
libus Defensioni pro auer-
tenda inquisitione dictus
est, et ex Instructione Cri-
minali Hannoverana com-
municatio Actorum vindi-
catur.

§. I.



Q. D. F. F. E. I.

§. I.

R

Eligione omnia seruari adeo certum est, ut LACTANTIVS a) vere dicere potuerit, eo pietatis vinculo nos obstrictos Deo et religatos esse. Euagari, latissimeque de religionis vi expondere, nec animus est, nec iuuat: id tantum ostendendum est, in iudiciis religionem plurimum posse. In causis iustissime decidendis, in circumcidendis litium ambagibus, in sopiaendis exacerbatis litigantium animis, salutis humanae maximam versari partem, dissentientem habemus neminem. Verum hanc ipsam publicam tranquillitatem, non nisi iudicis animus, religionis amantissimus, aequissimusque rerum omnium in controuersiam deducaturum, moderator praestare poterit. Sint licet infinitae leges, ordinem iudicii inculcantes, iustitiam commendantes, poenas etiam et vtorem gladium iudici minitantes, cessante tamen religionis ardore, legibus datis, innumeras indicibilesque fraudes obuiare, et alia omnia inuentis callidissimis astutis

A

tissimis

a) LACTANTIVS Lib. 4. c. 28.

DE DEFENSIONE

tissimisque turbari, aut omnino euerti, animaduertemus. Concipiamus nobis animo Iudicem, cuius in inquirendis criminibus versatur officium, hunc aut praecognitis occupatum opinionibus, aut minus attentum ad res, vel minutissimas, aut negligentiae supinae torpore desidem, et de salute hominum, et de vita, quanil nobilius, neque dici neque cogitari potest, summa cum audentia pronunciantem, videbimus. Qui si, quae probum bonumque in republ. virum decent, satissima coluisset obseruantia, forte in alia omnia iuisset. Et cum religionem negligere omnibus turpe sit, Iudex profecto Criminalis eius debebit esse obseruantissimus. Non enim quando de criminibus queritur, pars fortunarum nostrarum in iudicium deducta est, sed de corporis humani integritate, fama nominis, et quod est omnium maximum, de vita agitur: de quibus rebus, quantae illae sint, quantumque inuoluant, nimium esset multa dixisse. De fama, quae reparari nunquam poterit, atque de vita, quam nemo restituit, diu satis delibera-ri non potest. Pars Maiestatis in Iudices a Principe collata est, ut vice nimirum sacra, publicam tranquillitatem, priuatorumque salutem, tueantur. Sunt ii quoque ubique Principi similes: animaduertentes enim in facinorosos, *Accusatoris* gerunt personam, clementiam vero, dignam propriamque Principe adhibentes, *Defensores* agunt. Quod ut ordine fiat, non sufficit, in crimina studiose solum inquisuisse, sed id quoque agendum omni studio, ne quid praetermittant, quod in innocentia reorum detegenda omne punctum fert. b) Neque quis

b) Cum cura hoc praecipiunt
Leges, et commandant DD. Cei-
minales C. C. C. Art. XLVII. item
C. C. BAMB. Art. LIX. IN-
STRVCT. CRIMIN. HANNOV.
Cap. IV. §. 10, et Cap. VII. §. 9. OR-

DIN. CRIM. BRANDENB. Cap.
IV. §. 9. Brandenb. Allgem. Ju-
stiz-Ordn. de anno 1713. §. 57. O.R.D.
P.R.O.C. MAGDEB. RECOGN.
1696. cap. L. §. 6. CARPZOV.
P.I.C. 19. Def. 27, n.s. P. IV. C. 8.
Def.

PRO AVERTENDA INQVISITIONE. 3

quis melius accuratiusque de innocentia rei ipso Iudice iudicabit, qui omnibus ad defensionem facientibus remediis, instructus est, dum tentat examinibus reum, perscrutando omnia et expiscando quasi, quae reatum involuunt, quaeque de innocentia etiam testari valent: dum testes audit, eosque inter se, et cum reo quoque confert. Quo facto ipsum nihil latere potest, et quod ad facinus perpetratum, et ad auctorem eius attinet, et innocentiam prodit. Et si dicendum, quod res est, in eo potior reip. salus semper versatur, ut defendatur innocentia, quam vt in facinorosis, poenis afficiendis, toti et solum occupentur Iudices. Praefstat id Inquisitorius Processus, in quo Iudex et defendendi munus, et accusandi, quando e republ. esse videtur, in se suscipit: ex quo sunul patet huius Processus in foro introducti utilitas, cum necessitate coniuncta.

§. II.

Quamuis vero quid religio requirat pauci nesciant, sunt tamen, qui omnes conscientiae stimulos suppressimere sciunt, a quibus hominum pestibus, neque iudicia exulare dicuntur. Quid non fecit auri sacra fames, quae numerosam sportularum collectionem toties imperauit? Et quem fugeret, saepe numero fieri, vt vindicta publica in priuatam abierit? Testem habemus experientiam c), et ambitiose, et cupidissime quo-

A. 2

dam

*Def. 8. n. 4. et in Pr. Crim. P. II.
Q. 59. n. 40. P. III. Q. 15. n. 13-19.
BRVNNE M. Pr. Inqu. cap. VIII.
membr. 1. n. 49-51. WERNHER Sel.
Obs. For. Tom. I. P. 5. Obs. 163. n. 4.
p. 1080. LYNCKER. Resp. 119. n. 8.
Resp. 175. n. 58. BECK. Resp. Crim.
et Ciu. R. 25. n. 11. R. 175. n. 44.
FRÖLICH A. FRÖLICH S.B. ad*

*C. C. C. Lib. II. Tit. 1. n. 11. Lib. I.
T. 19. n. 11.*

c) Et ad hanc provocato et
POLEIT. BRAND. de anno 1688:
cap. LX. §. 1. ibi: so giebet doch
lebder die tägliche Erfahrung, daß
viele = sich in denen Malefiz-
Sachen sehr hochmuthig, unchrist-
lich und unvernünftig erweise[n].

DE DEFENSIONE

dam condemnatos, vltimoque affectos fuisse suppicio. Certe fuerunt, et hodie sunt, qui non modo credibiliter, ne dicam vero similiter, sed ne suspiciose quidem delicta confinxere.. Et quod tristissimum est, iniurias huius generis, publico nomine, innocentibus factas, d) impune fere relictas aduertimus, quo CICERONEM quondam respexisse putto : e) Non minus, inquit ille, saepe in mentem his venit potestatis quam aequitatis tuae, propterea quod omnes, quorum in alterius manu vita posita est, saepius illud cogitant, quid posuit is, cuius in ditione, ac potestate sunt, quam, quid debeat facere. Quae cum ita sint, ratio altius repetenda non est, Defensor potius in Processu Inquisitorio, quam cur Accusator, separatim dandus sit: quandoquidem ille Iudicis officio, ubi a recto quandoque tramite aberrare deprehenditur, fines certos atque limites statuere debet.

§. III.

Defensor a partibus rei criminum stat, vt vim iniustam et iniuriam accusatoris Iudicis repellat. In eo enim versatur natura Processus Inquisitorii, vt Iudex, et quam potest fieri citissime, et sumtibus modicis a facinorosis liberet remp. Magnam itaque, imo maximam in Iudicem quaesitorem potestatem collatam, intelligimus; quod cum sit; ne cui innocentia iniuria fieri possit, maximum etiam defensionis in ciuitate fauorem esse oportebit. Hic quidem fauor nunquam neque

poteſta-

d) Licet acerbissimae poenae legibus sanctiae sint; quarum cumulum vide in der Bran- denb. Allgem. Iusfitz-Ordn. de anno 1713. §. 26. ibi: Ihre Aemter verlustig seyn, auch vor infam, und in Unsern Landen zu aller fernern Beförderung unsätz-

hig geachtet werden sollen. Wir behalten Uns auch bevor, nach Beschaffenheit der Sache und Umstände, solche greuliche Bosheit der Richter, mit Leib- und Lebens-Straffe zu ahnden.

e) pro Quintio, initio.

PRO AVERTENDA INQVISITIONE 5

poteſtati neque auctoritati Iudicis contraire potest, vbi vero ille deficeret, metuendum eſſet, ne procluuiſ ad nocendum impetus, quo Iudices, a quibus humani nihil alienum eſt, in innocentis ſalutem non minus, quam ipſi rei aduersus reipubl. tranquillitatem feruntur, plurima daret incommoda. f)

§. IV.

Necessitatē fauoremque defenſionis reorum viđiūnus, ſimulque intelleximus, quantum poſſit arbitrium Iudicis inquitoris. Vti vero Iudicis arbitrium, ita contentio ſtudiumque defendendi reos variis abuſibus in Proceſſu Inquitorio laborant. Cum enim legitimus Contradictor in hoc Proceſſu criminalis genere deficiat, facile Iudex ipſe confunditur, aut illi minimum, qui de iure respondent. Etenim omnia tentare, et ea etiam quae certifima ſunt, in dubium ut vocari poſſint, multa hic opera quaeritur; et hic peruersus moſ eſt. Certe

Fleſtere ſi ſuperos nequeunt, Acheronta mouebunt.
et quo maiori certitudo delicti commiſſi, in diſcorumque inquirendis et puniendis criminibus requiritur, eo maiori cura et follicitudine delicta dubiis inuoluere defenſor ſtudet, eo conſilio, ut ordinariam faltem auertere valeat poenam, dum ab omni reum liberare non poſteſt. At tantis malis vnuſ legitimus contradictor ſufficit.

§. V.

Atque hoc nomine ſe commendat Criminalis Proceſſus, qui in Patria obtinet, in quo peracta inquiftione gene-

A 3 rali

f) Id ciuitatis ciuiumque ſalus
vix tantopere flagitare poſteſt, ne
delicta, occulta maxime, impuni-
ta maneant, quantopere caueri
debet, ne innocentes indefenſi
in diſcriben exiſtimationis vel
vitae veniant, quod D. TRA-
IANVS ASSIDVO SEVERO re-
ſcribebat, ſatiuſ eſſe impunitum
relinqui facinus nocentis, quam
innocentem damaſc L. 5. ff. de
Poen.

6 DE DEFENSIONE

rali, et responsione ad articulos inquisitionales facta; Procurator Superioris Iudicij Accusator eligitur, g) cui ICtus ex ordine Senatorio h) adest, vel eiusdem Ordinis Syndicus, qui ad exceptiones contra Libellum accusatorium a Defensore propositas

g) Confer. IVL. CLARVS §.
Fip. Pract. Crim. Lib. V. Q. io.
n.3. qui tria genera Instigatorum
seu Promotorum inquisitionis re-
censet, et inter hos quoque,
qui id faciunt ex praecepto
sue deputatione Iudicum, qui so-
lent deputare aliquem coadiuto-
rem, qui loco partis seu Fi-
scalis assistat inquisitioni. Huc
etiam apprime faciunt, quae ha-
bet CHRIST. GODOFR. HOFF-
MANNVS, Praeceptor desidera-
tissimus, in Diff. de Insignioribus
Defect. Ipr. Criminal. Germani-
cae, eorumque emendandorum ra-
tione ac quidem in adiectis Thé-
sibus MisCELL. Thes. VII. Id valde,
inquit, inconveniens in Processu
Inquisitorio esse videtur, quod Iu-
dex teneatur subire partes acto-
ris sue accusatoris, et simul obli-
getur, ut ea quae ad defensionem
inquisiti faciunt, obseruet: quam-
uis autem id etiam sine prae-
varicationis metu fieri possit:
attamen rarissima sunt hominum
ingenia, quae in his medium te-
nere possunt. Deliberandum igi-
turi foret, an non in quavis ar-
dua causa, ex officio constituens

dus foret, qui quodammodo ac-
cusatoris partes suscipere, et Iu-
dici in inquirendo assisteret, aut si
forte opus esset, eum moneret.

h) Rationes deferendi munus
accusatoris magistratui, CONTA-
RENVs Lib. III. de Rep. Venet. suo
more eleganter, et ad statum Ci-
uitatis Patriae accommodate ex-
ponit. Hac parte, inquit, apud
Venetos longe secus res se habet,
quam apud Romanos. Olim Ro-
mae qui quis cuius alteri diem di-
cere poterat, eumque quam acer-
rime accusabat apud iudices. Ve-
netiis vero nemo priuatus hoc mu-
nus obire potest, sed ex recipi-
lege officium illud est Aduocatorii
magistratus. Qua in re magis
naturam rerum imitati, sapien-
tiusque concordiae ciuium consu-
luisse maiores nostri videri so-
lent, quam Romani. Nam quo-
niam, qui facinus aliquod perpe-
trauit, maxime leges et remp-
laesit, ideoque praecipue reip: poe-
nas dare debet; iure magistratus
is, qui tuendis legibus praest, a
facinoroso homine poenas poscere,
arque ad id omni studio eniti de-
bet.

PRO AVERTENDA INQVISITIONE.

positas *replicat*: Defensor vero, qui ut plurimum Senior est Ictorum Ordinis, adiuncto Procuratore *duPLICAT* i). Scilicet si forte contingere, ut Defensor, de criminis iudicantibus, verba dare animo praesumeret, vel omni studio laboraret, ut dubios eosdem reddere posset; Contradictor legitimus, quem Accu-

bet. Contra priuati officium est, illatas sibi iniurias obliuisci, facileque reo concidere. Praeterea nullus priuatus cuius, potest accusatoris personam sibi sumere, absque maxima inuidia, et incredibili odio eius, cui diem dixerit: ex qua re facile seditiones oriuntur, inter ciues. Atque id incommodum a nostris per quam egestie vitatum est, vniuerso hoc accusandi munere magistratui demandato, qui non priuata similitate ductus, sed ex legis instituto id agat: quo effectum est, ut numquam fere auditum sit, Aduocatorum cuiquam vitio datum fuisse, quod vehementius in reum sit inuictus, aut nimis acrem accusatorem se gesserit, imo qui acriter in hoc officio versatur, magnam sibi laudem comparat apud vniuersos ciues.

i) Incommodis et abusibus, qui in ORD. CRIM. BRANDENB. cap. VI. §. 14. longa serie recensentur, facili opera Iudex, desiendo Libellis Exceptionum, Re-

plicae et Duplicae, certum tempus, medelam afferre potest. Ad do lubens ipsa verba dicti §. 14. Da man auch bisher wahrgenommen, daß an Theils Orten, nach vollführter Inquisition von denen Hof-Fiscälen und dem Defensore pro et contra mit vielen Schriften, so gar bis zur Quadruplic verfahren, dadurch aber nicht allein der Inquisitions-Proces, der an sich summarisch seyn soll, sehr verzögert wird, sondern auch die Proces- und Ahungs-Kosten sehr anwachsen, und die Gefangene ohne Noth mit langwierigen und beschwerlichen Arrest gequälet, auch die Unterthanen so die Gefangene bewachen müssen, zu ihren Schaden vor ihrer Arbeit abgehalten werden, wollen Widergleichen Schrift-Wechsel und Deductiones in Inquisitions-Processen, hiermit gänzlich abgeschaffet wissen, also, daß man des Inquisiti Defension ad Acta gebracht worden, regulariter ferner nichts dazu verstattet werden soll.

Accusatoris nomine paulo ante insigniū, callidis his inuentis, quibus veritati certitudinique facinoris et facinorosi, alias insidiae strui possent, obicem ponit. Quo facto facilius efficitur, vt artes a defensore callidissime inuentae, ad fallendos, confundendos, dubiosque reddendos minus caute de Iure Respondentes, elidantur. Et quamvis ponamus Defensorem honestissimum probumque virum, ab omni etiam insidiarum genere longe alienum, saepius tamen euenire solet, et malitia, et astutia reorum, vt ei religionis licet seruantissimo, fumus vendatur, quem nemo melius, quam qui in eo totus est, legitimus contradictor Accusator, disspellit.

§. VI.

Sed e diuerticulo in viam. In Inquisitorio Processu Contradictorem Legitimum desiderari satis notum est, quod multos et olim, et hodie mouit, vt inique de hoc procedendi genere judicauerint, clamantes, Iudicem vnum non sufficere diuersissimis partibus *Iudicis* et *Accusatoris*. Enimuero videntur magni viri minus recte iudicasse, cum quae vitio fiunt iudicis, tribuant iudicio. Negari quidem non potest, longe plures circumstare difficultates Iudicem in Processu Inquisitorio, et maiori circumspectione opus esse, vbi in hoc processus genere Iudex officio ex aſſe respondere voluerit: etiam certissimum est, Inquisitorium Processum, vbi idem Iudex arbitrio et potestati, quam Leges Criminales tribuunt, accurate, sollicite, cautissimeque satisfecerit, ab omnibus Defensorum, quas struunt, infidiis facile liberari posse. Cum ſiſ tamen facere non possum, qui vagum et incertum quoddam Iudicis arbitrium fini-
gunt. Etenim rem omnem Iudicis arbitrio indeterminate et vague relinquentes, nihil mihi dixisse videntur, cum funda-
menta legitima, quibus instructum definitumque sit iustum
Iudicis arbitrium, non simul indicauerint. Nullum sine legis
concessione arbitrium Iudicis, et sine ratione legum vagum
est.

PRO AVERTENDA INQUISITIONE

Art. k.) Quemadmodum vero in nulla re minus, quam in inquisitione criminum, certa et uniformis norma iudici inquirenti praescribi potuit; l.) ita in nulla quoque re magis circum-

k) vid. ORD. CAMER. IMP.
Part. I. Tit. XIX. princ. Die Bey-
sitzer des Cammer-Gerichts sollen
in keiner Sache, sie sey so geringe
als sie wolle, allein auf ihr Gut-
bedünken, oder eines jeden erwo-
genen Willigkeit, oder eigenen für-
genommenen, und nicht den Rech-
ten gemäß informirten Gewissen,
sondern auf des Reichs gemeine
Rechte, nach Vermög und
Ausweisung Ihres Eydex Urtheil
lassen und aussprechen. add.
Brandenb. Allegem. Iustitz-
Ordn. de anno 1713. §. 56. In
denen Provinzen = = wollen Wir
an richtiger Verfassungen arbeiten
lassen = = damit dem abusui
praeiudiciorum gesteuert, und das
arbitrium iudicis nicht zu weit und
über die behördige Schranken ex-
tendiret werde. Nec enim a Ju-
dice exigitur, vt s.v.a.m senten-
tiam de crimen dicat, verum ut
sententiam Legislatoris applicet
facto. KRESS. ad art. III. C. C.

l) Id quod Ipse fatetur Imperator CAROLVS V. in C. C. art.
XXIV. ibi: wenn nicht mög-
lich ist, alle argwöhnige und ver-
dächtige Fälle und Umstände zu be-
schreiben, nec minus art. XXXI.

ibi: aller möglicher und nothdürff-
tiger Umstände, die nach Gele-
genheit und Gestalt jeder Sach
allerbest. zu nachfolgender Er-
findung dienstlich seyn mögen;
die alhie nicht alle beschrie-
ben werden, et sub finem huius
art. alsdann muß man ansehen des
Sagers angezeigte und andere er-
fundigte Umstände, und darauf
ermeessen, ob die Versagung ein
redlich Anzeiging der Mifthat geb
oder nicht. add. art. XVIII. XXV.
et XXVII. item C. C. BAMB. utr.
XXVI. XXXI. XXXVIII. LV DOR.
Einl. Peinl. Proc. cap. V. §. 18.
cap. IX. §. 48. WERNHER. Select.
Obs. For. Tom. II. P. X. Obs. 478.
P. 731. FRÖLICH A FRÖLICHSE.
ad C. C. C. Lib. II. Tit. i. n. i. in fin.
Idem patet ex INSTR. CRIM.
HANNOV. de a. 1736. Cap. IV. §. 10.
Und ob wohl die Dinge zu denen
Indiciis gehörig, der vielen und
männigfältigen Fällen, auch immer
variirenden Umständen halber in
eine allgemeine Regul nicht
zu bringen, sondern aus specia-
len Exemplari am besten zu erler-
nen stehen, und man es darunter
auff das vernünftige und
gewissenhaftste Ermeessen der
Gerich-

10 DE DEFENSIONE

circumspectus, et diligens requiritur Iudex, utpote cui et de ciuis et peregrini existimatione, corporis integritate, et de vita pronunciare sine lege neutiquam concessum est. Et quam maxime sibi dictum existimare debet Iudex, quod Diuus HADRIANVS ad VALERIVM VERVM de excutienda fide testium rescripsit, m) in haec verba: *Quae argumenta ad quem modum probandae cuique rei sufficient, nullo certo modo satis definiri potest: sicut non semper, ita saepe, sine publicis monumentis cuiusque rei (et maxime criminalis rei) veritas deprehenditur; alias numerus testium, alias dignitas et auctoritas, alias veluti consentiens fama, confirmat rei, de qua quaeritur, fidem.* Hoc ergo solum tibi rescribere possum summatim: non utique ad unam probationis speciem, cognitionem statim alligari debere: sed ex sententia animi tui te aestimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opinaris. Neque minus apposite iudicis arbitrium instruit, ICtus ARCADIVS: n) *Si testes omnes eiusdem honestatis, et existimationis sint, et negotii qualitas, ac iudicis motus cum his concurredit:*

Gerichte selbst ankommen lassen muß: quae Lex criminalis eo notabilior est, quo maiori cum curiae verbis subsequentibus huius §. instruitur arbitrium iudicis, in diiudicandis indiciis ad specialem inquisitionem sufficientibus, quibus iusta ratione eluendis, defensores pro auertenda inquisitione speciali, solliciti operam dare debent. add. KRESS. ad art. VI. C.C.C.

m) L. 3. §. 2. ff. de Testibus.
n) L. 21. §. 3. ff. de Testibus ex qua Lege ὡς ἐν παρόδῳ animaduertere liceat, non numerum te-

stium considerandum esse, sed cuius honestatis et conditionis sint, ac cum quibus negotiū qualitas et iudicis motus concurrat. Ex hac etiam Lege in bonam partem interpretandae sunt, vulgares formulæ sententiarum; Zeugen so viel deren annoch zu haben vermittelst Eydēs abzuhören, und da nothig, mit diesen wie auch denen bereits abgehörten zu confrontiren; item durch Abhörung Zeugen, so viel deren zu erlangen; quas in malam partem saepius interpretantur iudices auari, qui testes quoscumque, nulla

PRO AVERTENDA INQUISITIONE

currit: sequenda sunt omnia testimonia. Si vero ex his quidam eorum aliud dixerint, licet impari numero, credendum est: sed quod naturae negotii conuenit, et quod inimicitaie aut gratiae suspicione caret. Confirmabitque Iudex motum animi sui ex argumentis et testimoniis, et quae rei aptiora, et vero proximiora esse compererit. Quotusquisque igitur non apprehendit, non praeter rem, tanta cum cura, modum motui iudicis dixisse, Legumlatores? Quod si quispiam inquirat in causas tam frequentium dissensionum ICtorum, in rebus criminalibus; tantum abest, ut in incertitudine Iuris Criminalis, quod vulgo fit, ponendae sint; sed potius aliter et aliter obseruatus, vel plane neglectus modus, motui iudicis legitime adhibendus, praecipua causa discrepantium opinionum, iudicum et ICtorum, dicenda est.

S. VII.

Si qua in re multum potest arbitrium iudicis, illud maxime in defensione, qua inquisitio specialis auertitur, deneganda, vel concedenda, vim suam et potestatem exserit. Hinc mirum non est, quod summa sit inter Doctores Criminales, hac de re contentio, et quod tam varius in foro deprehendatur motus iudicis in audiendis reis, qui pro auertenda inquisitione speciali laborant. Operae igitur pretium esse duxi, inconstantes variasque Ddum opiniones, cum quibus Defensio pro auertenda inquisitione maxime conflictatur, sub examen vocare, et quantum fieri potest dubitationes eximere. Res tam grande momentum trahens, omnino mihi digna visa fuit, quae omni data opera ad certa, et a ratione Legum non

B 2

aliena

nulla habita ratione honestatis, dignitatis et existimationis, yndelibet conquirunt, et numerum testimoniis sibi potissimum vtilem, non qualitates testimoniis considerant,

non optimos quosque et maxime idoneos, sed quam fieri potest plures, ad conuincendum reum parum necessarios euocant.

22 DE DEFENSIONE

diena, fundamenta vocaretur. Omne punctum tulisse, arduum opus est, et praestantissimis relinquendum ingenii, quae meliora forte et certiora excogitabunt fundamenta, quibus Index aequus, iustissimusque innocentiae arbiter, insistere olim valeat. Sufficiet mihi, breui Libello Academico, viam parasse.

§. VIII.

Defensio pro auertenda inquisitione, *remedium Iuris est, quo reus criminis suspicionem, contrariis probatis argumentis, ita a se amouet, ut, inquisitionis ulterioris, maxime specialis solennis incommodis evitatis, absoluendus sit.* Utitur suo iure reus ciuilis pariter atque criminalis, vt vel iudicem vel iudicium, nimirum ciuale ante litem, vel post litem contestatam, vel criminale ante responsionem, vel post responsionem ad articulos inquisitionales, legitime excludat. Forum competens Iudicis criminalis hoc loco determinare, ab instituto meo longe alienum esse, facile patet: magis est, vt videam audiendus sit Defensor, qui contra incompetenterem iudicem excipit. Nullum est dubium, quin exceptio nullitatis praebeat momentum defensionis o). De nullitate excipit reus ciuilis, ab exordio litis, usque ad finem eius. Et eadem exceptio multo magis concedenda est reo criminum. Frustra enim inchoatur inquisitio, quae finita ipso iure nulla est. Ex officio, et non nisi contra inuitos proceditur, in Processu inqui-

sito-

o) vid. INSTR. CRIM. HAN-
NOV. cap. IV. §. 4. ibi: die De-
linquenten aber und deren Defen-
sores gemeinlich Gelegenheit neh-
men, den ganzen Process - - für
nihil und nichtig anzusehnen, da-
mit nun alle darob zu besorgende,
auch denen Gerichten selbst nach-
theilige Inconuenientien in Zu-

funft vermieden bleiben, auch ehr-
liche Leute mit wiederrechtlichen in-
quisitionen nicht belästigt werden
mögen: item §. 8. ibi: damit - -
keine Fehler und Nullitäten began-
gen, auch andere - - zu - - der Ge-
richte eigener Verunglimpfung,
gereichende Inconuenientien ver-
mieden werden mögen.

PRO AVERTENDA INQUISITIONE

fitorio. Antequam vero Iudex delicti vel delinquentis, iustificatione factus est, nullum ipsi est officium, nec iudicis nomine venit, sed tanquam priuatus, abutens ad vim iniustum officio iudicis, in poenam iniuriarum incurrit. Praeiudicium igitur de iurisdictione Iudici competente, faciendum est, antequam is inquirendo, existimationi rei, peorem in modum praeiudicet, et forte damnum irreparabile afferat.

§. IX.

Dixi, de Iudice nullo modo competente. Quod si vero reo iudex est, alius inferiorem, alius superiorem iurisdictionem exercens, ita quidem, ut illi generalis duntaxat inquisitio, huic specialis, et alterutri vel tertio denique, ut exempla p) docent, executio supplicii competit: quaeritur a quo iudice defensio, quae pro auertenda inquisitione speciali fit, petenda sit? Pro iudice superiore facit, quod is de speciali inquisitione, solus cognoscere videatur; iudici vero inferiori, ut tribuam cognitionem de admittenda hac defensione, imprimis mouet, quod ad iudicem superiorem causa criminalis non prius pertinet, quam cum absoluta generali inquisitione, certo appetet, speciali fore locum. Ille denique rationum pondus, quae specialem auertunt inquisitionem, rectius quam iste ponderare, et ex generali inquisitione, de admittenda vel neganda defensione, exactum magis iudicium ferre potest. Non dicam, quod superior iudex, dum de amplianda iurisdictione laborat, defensionem pro auertenda inquisitione admittendam, facile reiicere, suamque rem, cum praeiudicio et damno irreparabili existimationis rei, curare praesumatur. Causa vero criminali ad superiorem iudicem iam delata, ab eo quoque impetrandam defensionem esse arbitror.

B 3

De

p) vid. quod de Academia Viadriana recenset BRUNNEM.
Pr. Inq. cap. II. §. 10.

DE DEFENSIONE

De competente iudice suspecto, querelas defensor rectius deferit ad superiorem, quem habet iudicem, vel ad ipsum supremum Imperantem; et causam criminalem auocari, eamue ad alium iudicem delegari, vel Commissarium iudici ordinario adiungi, petit, quam ut defensione hoc nomine impetrata, consilium ineat, auertendi specialem, suspecti iudicis, inquisitionem.

§. X.

Clericus petit defensionem a Iudice Ecclesiastico. Si cui vñquam Clerico maxime, in ordinibus sacris constituto, curae cordique debet esse imminentis inquisitionis specialis euitatio. Eius itaque defensorem, si quando res ita fert, omni data opera id agere oportet, vt vel prorsus innocentem esse probet, vel tale tantum delictum adesse, quod postulat aliam punitionem, quam quae Ecclesiae, quae sanguinem non nudit, non competit; ne in locis, vbi receptum est, prius degradari debeat, quam Iudici Laico tradatur. Nec aliter suspensionem, quin et remotionem ab officio et redditibus euitabit, vel poenae ordinariae mutationem in extraordinariam, mulctae vel carceris, vel in aliam Canonicam obtinebit, quam si remedio huius defensionis recte, et in tempore vtatur. In tempore vero vtitur, quamdiu cognitio criminis ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet. Iudex nullo tempore minus properare ad inquisitionem specialem, nec magis respicere debet personae conditionem, quam cum Clericus reus est. Is enim innocentia sua, licet per iuriurandum purgatorium probata, ab officio saepius remoueri solet; quo remoueatur, quod metuit scandalum. Videmus hic *poenam sine crimine*, ad quam euitandam, cordatus quisque cautusque Iudicium non tantum facilem se praebedit, sed et re ipsa eam euitare poterit, siquidem in inquisitione generali satis et curiose inquisuerit, in omnes delicti insimulati circumstantias, quae vel ipsam testari

PRO AVERTENDA INQVISITIONE 15

stari possunt innocentiam, vel leuius indicant delictum, specialem inquisitionem nunquam secum trahens. q)

§. XI.

Aliud sese offert momentum defensionis pro auerten-
da speciali inquisitione, quando contra reum in foro domi-
cili vel deprehensionis iam punitum, alias Iudex in foro de-
dicti, nouam inquisitionem attentare conatur, et vice versa.
Duplicem poenam neminem sustinere per se patet: Inquisitio
vero criminum ad poenam iustum infligendam tendit, qua-
semel a delinquente sumta, et Legibus et Reipubl. laefae semel
et semper satisfactum est. r) Spe igitur excidere sua debent,
qui ad sacram Defensionis anchoram configiunt, inquisitione
priore legitime non peracta, aut ea ad crimen aliud, affecta-
tum, idque leuius, in praeiudicium veri atque atrocioris
posthabiti, fraudulentio consilio directa: vel vbi Iudex prior,
facta quidem legitime inquisitione, illegitimam nihilominus
aut plane nullam poenam, aut eius loco mulctam, quod Lex
prohibet, a delinquente sumserit.

§. XII.

Dixi de reo, qui legitime punitus, nouam inquisitionem
ab alio Iudice competente tentatam, hac defensione auertit.
Idem sentio, vbi Iudex competens in limine inquisitionis
legiti-

q) Confer. CARPZ. P. I. Q. 2.
n. 20. P. III. Q. 110. n. 82. seq. BRVN-
NEM. Proc. Inq. cap. III. n. 27.

r) vid. WERNHER Select. Obs. Fo-
ren. Tom. II. P. VII. Obs. 41. p. 202.
ibique praeiud. Vitemb. ac Lips.
IVL. CLARVS §. Fin. Pract. Crim. Lib.
V. Q. 57. n. 1. 2. et seq. BRVN-

NEM. Pr. Inq. cap. III. n. 20.
CARPZ. P. III. Q. 110. n. 98. ANT.
MATTH. de Crimin. ad Lib.
XLVIII. ff. Tit. 13. cap. 5. n. 10.
FRÖLICH A FRÖLICHSE. ad C.
C. Lib. I. Tit. 13. vbi etiam quae-
stionem mouet, an poena Eccle-
siastica secularem tollat?

legitime versatur, et ex capite alio, alias competens iudex, ad se reum trahere tentauerit. Praeter id enim quod iudex praeueniens, praeuentum de turbata iurisdictione conuenire potest, ipse reus hac defensione contra nouam inquisitionem omnino audiendus est. Nemo ut duplicit poena, ita duplicit inquisitionis incommodis, et sumtibus grauandus est. Civilis Iuris pariter atque Criminalis ratio postulat, ut iudicium ubi semel acceptum est, ibi et finem accipere debeat s). Et si dicendum quod res est, maius sine dubio praeiudicium reiteranda inquisitio, vel condemnatio, et reo, et ipsi Reip. assert, quam si cognitio, vel decisio causae ciuilis reassumenda sit, in qua reus ciuilis, non nisi temporis et sumtuum litis prioris iacturam facere potest. Magis igitur est, ut reus criminalis exceptionibus litis pendentis vel decisae, id est, inquisitionis, ab alio iudice competente iam legitimae coeptae, vel per sententiam finitae, in modum defensionis pro auertenda inquisitione noua, deductis, audiatur.

§. XIII.

Haec fere sunt extantiora capita defensionis nostrae, quatenus nititur et respondet exceptionibus fori declinato riis.

s) Sunt verba L. 30. ff. de Iudic. Causam praesentem appri me tangit L. 19. ff. de Iurisd. ibi: cum quaedam puella apud competentem iudicem item suscep erat, deinde condemnata erat, postea que ad viri matrimonium, alii iurisdictioni subiecti, peruererat: quae rebatur, an prioris iudicis sententia exequi possit? Dixi posse, quia ante fuerat, sententia dicta. Haec hancen us pertinent, ad deciden-

dum casum, de quo in §. XI. actum est: quae sequuntur verba legis, definiti alterum casum, de quo in hoc §. sermo est: sed et si post susceptam cognitionem, ante sententiam hoc eueniet, idem putarem: sententiaque a priore iudice recte fertur. Quod generaliter et in omnibus huiuscemodi casibus obseruandum est: in causis criminalibus quoque idem obseruare, quid vetat?

PRO AVERTENDA INQVISITIONE

17

riis. Aggredior *pereintorias*, easque *litis ingressum impeditentes*, quae dant causam Defensioni, ad auertendam speciem inquisitionem, comparatae. Quo nomine praemonendum est Lector, hallucinari eos, qui volunt, ad exemplum ordinis iudicij rerum ciuilium, *non alias quam in continentia liquidas* admittendas Exceptiones, quae ut *litis ciuilis*, ita et Inquisitionis specialis, ingressum impediunt. Sed sciant illi, Processum Inquisitorium, ignorare, cum *reprobationem*, quae est in Processu Ciuli Ordinario, tum *reconuentionem*, quae, qualis hodie est, originem Processui Executuo debet. Quae cum ad alterutrum, (cum neutrum in Processu Inquisitorio detur) reiici nequeunt, necessario *ante litem contestatam*, cuius loco est *responso ad articulos inquisitionales*, admittenda sunt *exceptiones probationis illiquidae*. Indeque Defensio, quae his nititur, ad auertendam respcionem criminalem solennem, neutquam denegari potest.

§. XIV.

Diuersum ordinem iudiciorum ciuilium, introduxit diuersa *ratio probandi liquida vel illiquida*. Eam vero, quam sibi elegit actor, sequi tenetur reus. Aliud est *probatio tridiminis*, aliud quasi *reprobatio*, siue *anticipata probatio exceptionum rei*, quibus innocentiam suam tuetur: Illa ad Iudicem spectat, longeque evidentior esse debet ea, quae a reo instruitur, qui probatione minus plena, et testibus alias non idoneis recte vtitur. Adeo certum est, omnium probationum genera, et *perfecta*, et *imperfecta* reo patere, si subsidiariam, quae fit per iurisiurandi delationem, excipias. s*) Contra Iudicis *accusatoris* probationes, non aliae, quam quae omni exceptione sunt maiores, et maxime liquidae et indubitatae, in Processu Inquisitorio contra reum admittuntur. t)

Inde

s*) Vid. LYNCKER *Decis. MCCVII.* se rem deferre in publicam no-

t) Addatur *L. vlt. C. de prob. rationem debere, quae munita sit bat. Sciant cuncti accusatores eam* C ido-

Inde manifestissimum est, causam criminalem a parte accusatoris Iudicis quidem *liquide probatam* esse oportere; multum vero abest, vt a parte accusati, exceptionis causa in continentia liquida dici, et reuera esse possit. Sufficit enim Defensorem, in litteris quibus defensionem pro auertenda Inquisitione petit, *indicasse* u) tantum argumenta, quibus probatis Index ex animi sui sententia credit et opinatur, fieri posse, ut reus ab inquisitione speciali absoluatur. Si quid video, *exceptio liquida* cum *probatione liquida* a DD. confunditur. Eam vero demum *liquidam* dicendam esse exceptionem arbitrari, qua quomodocunque probata, Iudici *liquere* potest, frustra inquisitionem contra reum parari, nec vero eo sensu, accipiendam, quasi *liquida probatio exceptionis liquidae* requiratur. v)

§. XV.

idoneis testibus, vel instructa aperi-
tissimis documentis, vel indicis
ad probationem indubitatis et lu-
ce clarioribus expedita. Confer.
 quoque ANT. MATT. de Crimin. ad Lib. XLVIII. ff. Tit. XV.
 Cap. i. n. 2.

u) Idem expresse cautum legimus ORD. PROC. MAGD. RECOGN. de Anno 1696. Cap. L. §. 2. Alldieweil unter den Rechtslehrern viel Streit ist, ob, und wann die Defension pro auertenda Inquisitione speciali zu verstatthen, die bewehrteste aber dahin schlieszen, daß, wenn ein Angeschuldigter sich offerire, er wolle darthun, daß er kein Delictum begangen, worinn die Special-In-

quisition wieder ihn statt finden könne, auch dabei vernünftige Ursachen anführt, warum er eines solchen Delicti nicht theilhaftig sey, er mit der Defensione pro auertenda Inquisitione speciali, auch ohne Erkännniß der Juristen-Collegiorum zugelassen, und ihm die Acta zu Extrahirung, in Beyseyn des Notarii vorzulegen.

v) Parum sibi constare videtur, non reuera dissentit LYNECKER Resp. CXCIX. Liquidam exceptionem rei optime describit: Wenn nehmlich derselbe in continentia, daß die Inquisition, und warum dieselbe, wieder ihn nicht statt finden könne, vorstel-

lig

PRO AVERTENDA INQVISITIONE 19

§. XV.

Fac, infantem modo natum, XI. Cal. Nouemb. anni praeteriti, in nemore expositum fuisse, et contra Quintiliam eo nomine indicis grauitam, inquisitionem parari: Eiusdem Defensor, causam concedendae defensionis, pro auertenda inqui-

lig machen kan. It. Die Eu-
denz der Unschuld, daß daran
kein Zweifel mehr übrig bleibe.
It. Wann der Richter, aus des
Verhaftten Anführen, nicht be-
findet, daß derselbe, durch sein An-
geben, von denen ihnen beigege-
senen Beschuldigungen, und de-
nen darzu vorhandenen Indiciis,
sich allerdings befreye, oder dem
Ansehen nach, sich werde be-
freyen und ledig machen können,
erfordert. Quando vero, de pro-
batione exceptionis liquidae di-
cit, quod in continentí fieri de-
beat, rō in continentí, ita expli-
cat; daß zu Darlegung der Un-
schuld kein Verzug gestattet = =
dergleichen Umstände nicht so
fort an Tag geleget, = = Und
am wenigsten ihme vergebli-
cher und dem gemeinen Wesen,
höchst schädlicher Aufschub ge-
stattet wird. Ego vero non vi-
deo iniquum Iudicium LYNCKE-
RI, de quo queritur IO. SAM.
FRIEDR. BÖHMER in Element.
Ipr. Criminal. Sect. I. cap. IX. §. 155.
Nec reperio, quem Idem §. seq.

allegat dissentientem CARPZO-
VJVM Quaest. 15. n. 25. Lectoris sic
iudicare, annon CARPZOVIVS
mecum faciat alleg. loc. n. 23. et
n. 24. vbi dicit: accidit saepius,
ut delinquentes super articulis in-
quisitionalibus interrogati respon-
dere nolint, innocentiam suam
ALLEGANTES ad eiusque pro-
bationem SE OFFERENTES, eo
fine et intentione; ut Processum
Inquisitorium auertant, et effu-
giant: quo casu an audiendi sint,
dubitari potest? Dn. Scabini de-
super consulti arbitrati fuere,
bene aduertendum esse, quidnam
inquisitus probare INTENDAT;
etenim si dicat se minus grau-
tum, aut crimen delatum tale
non esse, propter quod inquisitio
aduersus honestam personam for-
mari possit ac debeat, ID QVE
PROBARE, ET LEGITIME DE-
DUCERE, ac per id capturam et
Inquisitionem auertere VELIT,
dubium non est, quin admitten-
dus sit; ne scilicet facultas, ex-
ceptiones declinatorias, opponen-
di, ipsi admatur, ac inquisito-
dene-

inquisitione speciali, in eo solo ponit, quod Quintilia illo ipso die, quo expositus est infans, duos ante, et tres post illum dies, in fundo Tusculano commorata sit, qui viginti milliaribus germanicis, a nemore isto distat, et ex hac sola circumstantia, indicis ipsam onerantibus contradicente, argumentum innocentiae Quintiliae dicit. x) Si quis igitur dubitaret de defensione admittenda, quod deficiente liquida probatione, non nisi testibus, qui eam his diebus in fundo Tusculano viderint, argumentum defensionis fortean vnicum probari possit, grauem iniuriam inferret miserae innocentie, et absque vitio nullitatis Processus Inquisitorii manifesto, eiusmodi defensio probatione exceptionis illiquida constans, denegari nequit. Circumspectus igitur Iudex recte consideret argumenta defensionis, non vero, utrum eorum detur *in continenti liquida probatio*, sed an *quocunque modo probata* argumenta, innocentiam rei demonstrent; indicia fundamen-

denegetur beneficium hoc, quo in Processu Ordinario quilibet accusatus gaudet. L. exceptionem 19. C. de probat. L. pen. et vtr. C. de Except. Non vero facere possum cum BOEHMERO, qui exceptiones peremptorias in eum modum in continenti liquidas requirit, in quem in Processu ordinario ciuili ante litem contestatam admittuntur. Nec in contrariam sententiam abit ORDIN. CRIM BRANDENB. Cap. III. Qui a BOEHMERO §. 156. not. citatur §. pen. 24. Cap. III. duntaxat de communicandis Actis cum reo agit, non vero disponit, quod *in dubio reus ad articulos respondere cogatur.*

E diametro contrarium habet §. antepen. 23. Cap. III. Wenn das Gerichte zweifelt, ob der Gefangene zur Special-Inquisition gnugsam grauiret sey, oder aber dieser pro auertenda gehoert seyn will? soll derselbe in zweifelhaften Fällen, darzu admittirt werden. En reum *in dubio* ad defensionem pro auertenda Inquisitione admittendum, non vero, ad responsionem solennem criminalem, cogendum.

x) Plura Exempla et Testimonia, rem de qua loquor apprime illustrantia, habet ANT. MATT. de Crim. ad Lib. XLVIII. ff. Tit. 15. cap. 7. n. 1.

PRO AYERTENDA INQVISITIONE 21

mentaque inquisitionis continuandae, iusta ratione elidant et penitus perimant. Qui partes Defensoris agit, ex eo discat, quantum intersit, eiusmodi argumenta, indicii criminis commissi, contradicentia, studiose indagare, indagataque inserere petitioni defensionis, ut iudex iustum de admittenda defensione iudicium facere queat: contra sibi soli, non iudici, nec ut fieri solet Iuri Criminali incerto, imputare debet, quod ipsius *vaga petitio* repulsam tulerit.

§. XVI.

Haec fere est ratio defendendi reos, pro auertenda, Inquisitione speciali, antequam summatim respondeant. Contingit vero saepius, quendam indicii delicti commissi premi, quae nondum sufficiunt ad imperandam responsionem summariam, maxime quando responsurus honesti viri speciem prae se fert. Quin et ipse quidem Iesus rationes suspicionis, quas ipse contra reum concepit, iudici priuatim expavit, dubius vero adhuc denunciare nondum audet. Accedit, vnum ex amicis, honestissimum alioquin virum, dum recreandi animi causa, laetum conuiuium inter se nonnulli agunt, surripuisse thecam, qua sternutatorium puluerem seruumus, quam dum alter ioco tantum perdidisse se primo interpretatur, iocum alter reuera in animum lucri faciendi mutauit. Rem qui perdidit, recuperandi eam licet teneatur desiderio, ne sibi tamen actio iniuriarum metuenda sit, neque honori suspecti sibi amici male consulat, hunc, inter alios testem iudici dentuciat, ut obtentu Generalis Inquisitionis primo omnium loco examinetur ad testimoniales articulos. y)

C 3

Quem

y) Confer. INSTRVCT. CRIM.
HANNOV. Cap. IV. §. 20. Wenn
die That selbst, oder das corpus
delicti gnugsam erkundiget, und
an sich gewiss, der Thater aber

noch unbekannt ist, sollen anfangs
diejenigen Personen, von welchen
man dafür hält, daß sie Nach-
richt davon haben, und dem Ge-
richte geben können, vorgesetzt,
und

Quem, dum delicti commissi circumstantias docere, et certum vel saltem probabilem, incogniti adhuc delicti, auctorem indicare iubetur, conscientia stimulante, et metu ne famam perdat, mox animum mutasse memini; res certe ablata, ad verum rediit dominum, quam ille vnicē cupiens, iudici continuandam inquisitionem reliquit, quae ut plurimum nemine amplius suppeditante alia signa, et suspicionis causas, terminatur,

§. XVII.

Nil magis naturale est, quam ut eiusmodi testis, criminis reus metuat, ne vel expresse, vel vultu, tacito illo mentis sermone, inter respondendum animi sibi male consciī motus ostendat, suspicionemque iustam contra se excitet, aut eā magis magisque augeat, atque ita forex, indicio suo, se prodat pereatque. Nemini facit iniuriam, qui commissum crimen, et quem credit reum, testem apud iudicem denunciat, qui et ipse de auctore criminis inquirens, hunc testem recte adhibet. z). Iudex vero pariter ac denuncians, religiose

und ihnen ganz gemeine Fragen: Ob sie nicht gehöret, daß dieses oder jenes sich zugetragen? woher sie davon Wissenschaft erlanget? wenn sie im Verdacht hielten, diese Mordthat, Brandstiftung ic. verübet zu haben? woher dieser Verdacht bei ihnen entstanden? wie die Personen des Thäters gestaltet gewesen? ob sie nicht mehrere oder sonst einen andern nennen könnten, der gewissen oder bessern Bericht von dieser Sache abzustatten wüste? ic. und vergleichen vorgehalten, und

dieselben zu deren Beantwortung auch Benennung ihres Nahmens, Alters und Standes, vermocht und ersucht werden.

z) Vid. INSTRVCT. CRIM. HANNOV. Cap. IV. §. 22. Ob auch wohl dem Gericht bei der General-Inquisition frey stehet, einen jeden, und also auch denjenigen, welchen es der That halber in Verdacht hat, als einen Zeugen vorzufordern, und denselben über seine Wissenschaft zu vernehmen; = Inzwischen aber auf dessen Geberden, Gesicht und darbey vorkommende

giose caueant necesse est, ne testi de crimine suspecto, cui
vt sanguinem redimat, aliamue poenam, nihil sanctum sacram-
que est, licentia peierandi detur, a) sicque inquisitioni spe-
ciali praeiudicium fiat. Qua de re casus tristis mecum com-
municatus est; vbi auctor famosi carminis, quod nuptiarum
occasione sparserat, in quo literae initiales maiusculae praeno-
minis et nominis familiae, satis audacter expressae erant. In-
ter alia vt testis interrogatus; ob Zeugen nicht wissend, was
durch die Initial-Buchstaben der letzten beyden Worte des Li-
telblatts des Carminis, A. B. angedeutet werden solle? ob nicht
durch

mende Veränderungen fleißig
Acht haben ic.

a) Grauius peccant, qui sciunt fal-
sum esse iuraturum, sed cogitent
tantisper, et ponderent effatum AV-
GVSTINI, in c. 5. C. 22. Q. 5. Ille,
inquit, qui hominem prouocat ad iu-
rationem, et scit eum falsum esse
iuraturum, vincit homicidam:
quia homicida corpus occisurus est,
ille animam, imo duas animas, et
eius, quem iurare prouocavit, et
suam. Scis verum esse quod di-
cis, et falsum esse quod ille di-
cit, et iurare compellis? Ecce iu-
rat, ecce peierat, ecce perit. Tu
quid inuenisti? imo et tu peri-
sti, qui de illius morte te satiare
voluisti. Proinde satis religiose cau-
tum est in ORD. CRIM. BRA-
NDENB. Cap. IV. §. 14. Reim Mis-
fchäfer oder andere Person, so ei-
nes Verbrechens halber criminata-

liter belanget wird, soll vor der
Litis Contestation mit einem Ey-
de belegt werden, sondern es soll
dieser Missbrauch, als welcher zu
schweren Meineyd Anlaß giebet,
überall krafft dieses abgeschafft
seyn. Idem in I N S T R V C T.
CRIM. HANNOV. Cap. IV. §. 22.
ibi: So muß dennoch das Ge-
richt schweren Meineyd zu verhü-
ten, diesen mit keinen Eyde bele-
gen ic. Add. BRVNNEM. Pr.
Inq. Cap. VIII. membr. 1. n. 77.
ANT. MATTH. de Crimin. ad. Lib.
XLVIII. ff. Tit. 20. cap. 2. n. 14.
LVDOV. EINL. P. Pr. Cap. I. §.
20. Idem monet FRÖLICH A
FRÖLICHSB. ad C. C. C. Lib. II.
Tit. 1. n. 12: qui simul de singu-
lari obseruantia in prouincia Ty-
rolensi testatur, et inquisitum te-
stem, contra socios criminis ita ad-
mittit, vt ne testimonio suo semet-
ipsum grauare teneatur.

durch diese Buchstaben A. B. die Initial-Buchstaben eines Vor- und Zunahmen angezeigt worden sind? ob Zeugen diese durch die Initial-Buchstaben A. B. angezeigte Vor- und Zunahmen bekannt? ob Zeuge die Person kenne, deren Vor- und Zunahme durch die Initial-Buchstaben, derer letzten beiden Worte auf dem Lefelblate des Carminis angedeutet werden? Qui iure iurando testimoniali praestito, nesciendo respondit, et famosi libelli reus, inuidiam et vindictam atrocioris criminis periurii, in se concitauit.

§. XVIII.

Datur haec nostra Defensio pro auertenda inquisitione speciali. Inquisitionem esse vel Generalem vel Specialem b) illamque regulariter anteire inter plerosque constat, et res ipsa loquitur. Extra hos casus de quibus modo dictum est, finienda prius generalis Inquisitio, quam haec defensio iuste et tempestive petatur. Quae enim nondum imminet specialis Inquisitio, nec dum auertenda venit. Imminet vero illi Inquisitio specialis, contra quem vere vel falso delictum quoddam denunciatum fuit, vel grauioris delicti cogniti auctor, ex indiciis, ope generalis Inquisitionis apte indagatis, verisimiliter apparet. Fines certi ac accurati, generalis et specialis Inquisitionis, in eo constituendi sunt, ut iudex in generali Inquisitione de certitudine eiusdem delicti commissi,

et

b) Praeter rem GEORG. BEYERVS ad C. C. C. Art. VI. VII. §. 10. hanc diuisionem ineptam dicit: ipse enim sibimetipsi non constat, tum §. 11. fatetur, Inquisitionem reuera constare parte generali et speciali. Verbis, non reipsa dissentire videtur. Nec exinde sequitur ineptitudo genera-

lis Inquisitionis, quoniam saepe omittitur; sicuti enim generali non opus est, vbi denunciatione facta, statim speciali locus est, ita quoque haec cessat, vbi illa nihil effectum fuit. Ex eo vero quod interdum cesseret, non inepta sit specialis pariter atque generalis Inquisitio.

et de cognoscendo eo, qui id commisit, omni studio laboret. Posteaquam vero de corpore et auctore delicti, vel ex denunciatione, vel ex generali Inquisitione, probabiliter constat, exclusa vel finita esse censetur Inquisitio Generalis. Vtique casu, Inquisitio in specie aduersus reum inchoatur, ut de delicto sibi imputato vel delato, summatim respondeat, et exceptiones, siue causas defensionis, si quas habet, iudici exponat. Quo facto, non statim ad specialem Inquisitionem solennem prouolare consultum est, sed ante omnia iudici exactissime inquirendum, in circumstantias specialiores et specialissimas, quae factum illicitum praecesserunt, vel comitatae sunt, vel subsecutae, et nexus cum crimine imputato naturalem, necessarium, perpetuum, certum vel probabilem ubique, vel ut plurimum habere deprehenduntur. In hunc fere modum hactenus studiose conquerit iudex, quae ad grauandum criminis reum, vel ad defendendum innocentem magis magisque facere possunt, ita ut quae vel ad specialem solennem Inquisitionem requiritur, certitudo delicti commissi eiusque auctoris, vel rei innocentia patefiat. Nihil vero magis naturale est, quam ut iudex audiat reum vel confidentem, vel negantem, vel se defendantem, antequam operas suas et sumptus maiores, ad solennem Inquisitionem specialem, ad testes iurato et ad articulos strictius examinandos, inter se, vel cum reo confrontandos impendat. Et quod maioris est momenti reum indefensum, imo quod maximum, inauditum plane, ignominiosae, et pluribus incommodis acerbissimis obnoxiae Inquisitioni speciali solenni subiicere, durum nimis et arduum est, quodque cum religione officii, et arbitrii iudicis in causis criminalibus plurimum potentis, vix ac ne vix quidem conciliari potest.

§. XIX.

Ita vero manifestum est, summariam responcionem rei, neutiquam pertinere ad generalem, sed duntaxat ad specialem

lem inquisitionem, quae solennem praecedit, cuius initium, in responsione ad articulos inquisitionales, ponitur. Vti Responsio summaria, ab ea, quae ad articulos inquisitionales fit, ita specialis Inquisitio summaria, ab ordinaria et solenni differt. c) Solemnis responsio ad articulos, in inquisitione speciali solenni, famam inquisiti suggillat, d) et suspensionem ab officio plerumque operatur. e) Prout vero vel cessat ignominia, vel contrahitur responsione rei, ita et vtraque responsio altera summaria, altera ad articulos inter se differunt; tertium

c) Intermedia, quam fingunt, DD. responsio ad certa puncta, quaeque itidem ad specialem Inquisitionem summariam, et existimationi non vsque adeo inimicam refertur, neglecto discrimini, inter delicta leuiora et atrociora debet originem. Si dicendum quod res est, nimia extensio Processus Inquisitorii solennis ad delicta, quae ignominiosa inquisitione haud digna sunt et ad personas, quarum dignitati officio vel honestati parcendum esse vident, iudicantibus et consilientibus de iure, consilium suggestum fingendi tertium aliquod responsionis reorum genus, a summaria et solenni, quae fit ad articulos, diuersum, quam ad certa puncta responsionem dicunt. At vero tertium quoddam genus sine lege fingere non licet, nec hac ratione opus est, dummodo iusta ratio Processus Inquisitorii recte obseruetur. Famae reseruatio in

sententiis dicundis, nullo iure ICto licita est, et responsionem ignominiosam in indifferentem mutando, articulos inquisitionales in certa puncta transformando, famae reorum consulere non licet. De Responsione ad certa puncta confer. de BERGER in Elect. Proc. Criminal. pag. m. 210. 211. et 10. SAM. FR. BOEHMER Elem. Ipr. Crim. Sect. I. Cap. IX. §. 166. HEIL. Pr. Inq. Cap. I. §. II. LVDOV. P. Proc Cap. IV. §. 2.

d) Vid. Cap. IV. &c. de Accus. add. WERNHER Sel. Obs. For. Tom. I. Part. III. Obs. 57. n. 5. Part. IV. Obs. 144. n. 5.

e) Vid. WERNHER Sel. Obs. For. Tom. I. Part. III. Obs. 58. n. 1. et. 2. seqq. vbi tamen distinguit, inter delicta in officio, vel extra admissa. Confer. A COCCEII I. Controv. Lib. XLVIII. Tit. I. Q. 3.

PRO AVERTENDA INQVISITIONE 27

tertium non datur : *f*) nec opus est, praeter necessitatem entia multiplicare. Vtraque igitur, specialis, *solennis* et *summaria*, altera ignominiosa, altera minus talis in definitione intelligenda, quam dedi *§. VIII.* Proinde cum iis facere non possum, qui praecise denegant defensionem hanc, ante summariam responsonem. *g*) Evidem facile consentio, quod ante finitam generalem inquisitionem, non concedenda defensio, de qua loquor; *b*) at vero, male reiici responsonem summariam ad generalem inquisitionem, iamiam probatum est. Inde suo vitio cadit dissentientium opinio, vtpote quae auctoritati legum, fauori, et ipsi fini defensionis admodum aduersatur. Defensio enim nostra comparata est ad euitandam responsonem, quae fit ad articulos inquisitionales. Cum speciali inquisitione inseparabiliter connexa sunt alia discrimina et incommoda, incarcerationis vel cautionis pro saluo conductu; haec igitur subire deberet reus, ante summariam

D 2 respon-

f) Tertium genus Inquisitio-
nis specialis postulare, est inter
summariam et solennem, inter ex-
traordinariam et ordinariam, in-
ter indifferentem et ignominio-
sam persecutionem criminis, inter-
medium quid fungere, quod na-
tura rei abscisse prohibet. Haec
summaria persecutio criminis, quae
solenni speciali Inquisitioni oppo-
nitur, nonnullis dicitur Processus
super Facto, qui locum habet, quo-
ties adest factum aliquod illi-
citum, Inquisitione solenni illa,
non dignum, quod dici solet ei-
ne Begünstigung: de quo mo-
do procedendi vid. L A V T E R B.

*in Coll. Theor. Pract. §. 12. de Publ.
Iudic. SCHOEPFF in Diff. de
Proc. Crim. caute instit. abbreu. et
finiend. §. 3.*

g) Negant alleg. BOEHMER
Elem. Ipr. Crim. Sect. I. Cap. IX.
§. 158. in not. * BRVNNEM. Pr.
Inq. Cap. VIII. membr. i. n. 75.

b) Vid. KRESS. *not. ad Art.*
VI. C. C. C. n. 15: qui rationes prae-
gnantes adducit; ne acta nondum
fatis instructa, et dictiones te-
stium non integras, tanto facilius
oppugnare et conuellere, adeo-
que etiam male sibi consciit iudi-
cis criminalis operam frustrari, et
hac

responsionem non audiendus. Cum vero incarceratio, ab incerto iudicis iudicio, dependeat, quod ille de conditione rei, de qualitate indiciorum et delicti ferre solet, reo nunquam tutus est locus comparendi in iudicio criminali, summariae responsionis causa. Et fiducia inconsiderata rei comparentis, quam in iusto iudicis arbitrio forte poneret, male cedere posset; miserum enim frustratae fiduciae solatium est, quod habet KRESSIVS: i) *Si forte ex causa apparente locuples custoditur, dein si vel se innocentem probet, vel certe corporis cruciatum per scriptum Defensionis declinet, prompta dimissione, sententia absolutoria, datoque bono iudicali testimonio, si opus, mox incommodum temporarium pensatur.* Hoc temporarium incommodum, per me licet, experiantur ii, qui tam inique sentiunt. Rectius famae k) et libertati suae consulere honestum virum decet, et qui aliter facit, in semetipsum iniurius esse videtur. Evidem non tam laedit famam summaria,

hac ratione promeritam poenam declinare possint.

i) *In not ad C.C.C. Art. XI.
§. 2. * 1.*

k) Maioris momenti res aestimatur, in INSTRVCT. CRIM. HANNOV. Cap. IV. §. II. Überhaupt haben sich die Gerichte zu ihrer Direction dienen zu lassen, das zwar die Indicia, so zur Special-Inquisition gnugsam, auch zur captur hinlänglich sind, auch so stark und dringend, gleich zur Tortur erforderet werden, nicht seyn dürfen. Weil aber durch Gefangenschaft des verhafteten Ehre gleich-

wohl auch nicht wenig verletzt werden kan, so sollen die Beamte zwischen sonst unverleumdeten redlichen Leuten, und die von jedermann dafür gehalten werden, und denenjenigen, die ohnedem leichsfertige und übelbeschriebene Personen sind, genauen Unterscheid machen, und folglich jene, welche zuvor einen Christlichen und ehrbarlichen Wandel geführet, und niemahls einiger Begünstigung überführt, noch deswegen bestraft werden, ohne unsere Justiz-Canzleyen Special-Erfährtum nicht leichtlich in Verhaft nehmen ic.

maria, quam quae fit ad articulos inquisitionales responsū; laedit tamen eandem causa, l) propter quam summaria responsio exigitur, nimirum vis illa. indiciorum, quae probabili suspicione de delicto ab ipso commisso, locum in speciali inquisitione aperiunt. Honestus quisque et esse, et videri vult. A crimine vacuu quoque, inuidiam malae suspicionis euitare, et si res ita fert, summariam responsionem suspiciosam effugere studet. Et re accuratius considerata, responsio summaria, et quae fit ad articulos formales, magis forma, ne dicam opinione incerta hominum, quam reuera differunt. Nec aliud dicendum est, si vel maxime vsu receptum vel lege m)

D 3

cautum

l) A COCCEL. I. Controu. Lib.
XLVIII. Tit. I. Q. 3.

m) Vid. ORD. CRIM. BRAN-
DENB. de anno 1717. Cap. IV. §. 1.
Wenn beydes die That und der
Thäter, oder derjenige, so der
That halber verdächtig, bekannt
sind, und dieser zur gefänglichen
Häfft gebracht worden, mag
zwar der Richter nach Gutfin-
den, von den Gefangenen ver-
nehmen, ob er der That gesän-
dig, oder nicht? Und erstens Falls
bloß, mit allen Umständen
sich von denselben das Fa-
ctum erzehlen lassen, und sol-
ches gebührend registrieren, Er
soll aber diesmahl weiter mit
einem Examine nicht verfah-
ren, sondern so fort das ganze
Factum, so wie es sich bey der
General-Inquisition an Tag ge-
leget, mit allen zur Sache die-

nenden Umständen, in Articulos inquisitionales abfassen, und dar-
auf sodann Inquisitus ordentlich
zu antworten, und litem zu con-
testiren schuldig seyn. Item IN-
STRVCT. CRIMIN. HANNOV.
Cap. VII. §. 1. Wenn beydes die
That und der Thäter, oder der-
jenige, so des Verbrechens ver-
dächtig, bekannt sind, und dieser
zur Häfft gezogen worden, soll
derselbe so bald als möglich zum
Verhör gebracht werden, - - -
Und mag ihm alsdann das Ge-
richt nach Gutfinden zwar wohl
vernehmen, ob er der That ge-
sändig oder nicht? auch erstens
Falls sich von denselben das Fa-
ctum, so wie er selbst will, ohn-
unterbrochen oder geschehe-
ner Einrede, erzehlen und sol-
ches gebührend registrieren lassen;
es soll aber, vornehmlich in hohen
und

cautum sic, ut summaria haec responsio finibus nudae relationis facti includatur.

§. XX.

Denique ex Mandato Electorali Saxonico n) didici,
quod fures et praedones manifesti, non obseruato ordine
solenni

und schweren Ubelthaten, für diese-
ses mahl dabey gelassen, und
mit dem Examine des Delin-
quenten nicht weiter verfah-
ren werden, sondern das Ge-
richt = zu wohlbedächtlicher
Abfassung der Inquisitional-Arti-
cul, welche die That, so wie sich
selbige bey der General-Inquisition
zu Tage geleget, wie auch dem
Befinden nach, des Inquisiti sum-
marische Deposition zum Grunde
haben müssen, = die benötigte
Zeit nehmen sc. Haec comma-
ta vtriusque Legis criminalis, fere
integra apponere placuit, vt inde
contra communem opinionem
evidenter probarem, summariam
illam responsionem, non referen-
dam esse ad Generalem Inquisi-
tionem, sed ea demum finita, et
ante specialem illam solennem in-
quisitionem, quae a responsione
ad articulos inquisitionales inci-
pit, a reo exigi oportere. Signifi-
ciantius definiri nequit genera-
lis inquisitio finita, quam in ver-
bis initialibus, wenn behedes die
That und der Thäter, so der That
halber verdächtig, bekannt sind;

deinde inscribuntur, vtriusque Le-
gis Cap. IV. et VII. Von der Spe-
cial-Inquisition; porro antecedente
debet incarceratio, verbis;
Und dieser zur gesänglichen Hafft
gebracht worden. Item. Und die-
ser zur Hafft gezogen worden, de-
qua, non nisi speciali simul inqui-
sitione intellecta, prorsus cogitari
nequit; denique lis criminalis
contestata, sive specialis inquisi-
tio solennis inchoata dicitur, post-
eaquam reus ad articulos inquisi-
tionales respondit. Ante hoc ini-
tium solennis specialis, post finem
generalis inquisitionis intermedia
est summaria responsio rei, quae
quod inde necessario consequitur,
vtrique caute contra distincta, ad
neutram referenda. Nota, si placet,
verba: welches (Inquisitional-Arti-
cul) die That, so wie sich selbige
bey der General-Inquisition zu
Tage geleget, wie auch dem Be-
finden nach, des Inquisiti summa-
rische Deposition zum Grunde ha-
ben müssen. Add. BRVNNEM.
Pr. Inq. Cap. I. membr. 1. n. 66.

n) Mandatum contra fures et
praedones, de an. 1719. habetur in

PRO AVERTENDA INQVISITIONE 31

solenni specialis inquisitionis, sed duntaxat praevia responsione summaria, simulque consignatis exceptionibus et exculpationibus, statim condemnandi sint. Id quod mirum non videbitur iis, qui vim et potestatem rei ipsius, absque externa forma,

CORPORE IURIS SAXON. AVGUST. Tom. I. pag. 190. ibi: bey ereignenden Casu, und darauf erfolgenden Untersuchung, auch der Zeit nach, keine Weitläufigkeit gestattet, sondern so fort, ohne vorgängigen sonst gewöhnlichen Inquisitions-Proceß, bloß auf geschehene summarische Verhör und Versendung derer hierüber gehaltenen Registraturen und Acten, nach Rechtlichen Erfannen, sonber Zulassung einer Dēfension, dahingegen die bey der Verhör etwa mit allegirende Einwend- und Entschuldigungen treulich ad Acta zu schreiben se. Ad dilucidiorum intellectum rei addere lubet ex Mandato alio Regio in C O R P. I U R. SAXON. AVGUST. Tom. I. pag. 1929, quae huc faciunt verba: wenn wieder einen gemeinen, oder Haussdieb, wieder welchen, der begangenen Deube halber, sich Verdacht ereignet, und dahero wieder selbigen generaliter inquiriret wird oder er auch bereits zur Haft gediehen, wenn derselbe vor der Antwort über Inquisitional-Articul, und also vor angefan-

gter Special-Inquisition sein Bekanntniß entweder von selbst, oder auf Zureden in Güten thut = restituiret etc. Ex vtroque Mandato notari meretur, inquisitio specialis, solenni Inquisitioni speciali significanter opposita, quam supra asserui, Untersuchung ohne gewöhnlichen Inquisitions-Proceß. Inde porro, quod antea docui, manifestum est, cum illa minus solenni inquisitione, necessario nexu coniunctam esse, responsonem rei summariam: blosses summarisches Verhör. Cum denique Articuli Inquisitionales, constituant initium specialis inquisitionis solennis, ibi, vor der Antwort über Inquisitional-Articul, und also vor angefangener Special-Inquisition, sua sponte inde fluit, quod omne id, quod praecedit responsonem ad Articulos a iudice reo propositos, non pertineat ad inquisitionem solennem specialem. Summaria responso rei, sine dubio praecedit Articulos, specialem inquisitionem inchoantes, et a generali inquisitione essentialiter distincta est; consequenter summaria specialis inqui-

DE DEFENSIONE

forma, id est, responcionem rei, absque articulis formalibus, consignationem exceptionum, absque titulo et ambagibus libelli defensionis, considerare et diiudicare norunt. Sicuti vero parum abest, quin responsio summaria, et quae ad articulos inquisitionales fit, nec minus specialis inquisitio, generali opposita, et illa specialis, quam *solennem* dicere lubet; reapse conueniant: ita summariam responcionem rei, laesione existimationis apud graues et honestos viros, omnimodo vacare dici non potest. Inde satis liquet, Defensionem pro auertenda Inquisitione speciali, accipiendam esse, de vtraque specie Inquisitionis specialis, sicque etiam ante summariam responcionem rei, si res ita fert, locum habere, id quod mihi demonstrandum erat. Non vero dissimulo, et vsu fori, et iusta ratione saepius a reo exigendam esse summariam responcionem, antequam ad hanc defensionem admittatur. Imprimis Iudex consideret conditionem rei, an talis sit, vt summaria responce facta, ipsius existimatio non laedatur, vel honesti quaestus operas pro mercede locantis non diminuantur. Deinceps qualitas et probatio delicti ita compara ta esse debet, vt iudex causis defensionis recte ponderatis, probabiliter praeuidere queat, reum forte inquisitionem specialem solennem, non vero poenae extraordinariae, carceris vel mulctae, persecutionem summariam evitaturum esse, et uno verbo, in facto illicito deprehensum, impunitatem assequi non posse. Quae cum ita sint, responce summaria facta, et iudex non habet, quod metuat, ne concedendo defensionem et communicando Acta, inquisitioni delicti praeiudicet; et reus inuidiam declinatae responce propter metum prodendi causam malam effugiet, et longe facilius defensionem, quam petit, obtinebit.

inquisitio, cui summaria responce rei, et allegatio exceptionum excusationumque, ore prolata,

§. XXI.
naturaliter cohaerent, cum solenni inquisitione non confundenda est.

§. XXI.

Hisce potissimum, de quibus dixi, casibus, etiam ante summariam responsionem, Defensioni pro auertenda Inquisitione locus est. Scilicet si de Iudicio Criminali, vel iudice demum constituendo cogitetur, vel exceptiones opponantur, quae delictum quaesitum, vel prorsus omnem inquisitionem excludant, vel virtuti indiciorum simul, semper et manifesto contradicant: quod si vero, qui petit Defensionem, allegauerit momenta, ab huiuscmodi casibus prorsus aliena, non tam facilem se praebere debet iudex, in admittenda Defensione, antequam reus summatim responderit. Et si vel maxime dignitati rei, atque officio eius, quo fungitur, consulendum, aut remouendum forte publicum aliquod scandalum, nihilominus tamen se inter testes testem summario examini sistere cogendus est, quo facto idem fere efficietur, quod responsione summaria intenditur. De vario huius summarii examinis rei testis vsu et abusu in foro criminali dicere, nimis ab instituto meo abludit. Pergam potius Defensionis filum ducere, posteaquam summaria responsio, vel saluo conductu impetrato, vel ab incarceratedo, facta est. Quod dum sit, reus aut negat, aut confitetur. Negantis factum per rei naturam, nulla est directa probatio: o) Indirecta

o) Sunt verba Cap. XI. & . de Probat. quibus corrigitur communis error statuentium, quod negantis per rei naturam nulla sit probatio. Necessitatem probationis indirectae, si negatur factum, Pontifex INNOCENTIUS III. ex ratione satis praegnanti adstruit: ne falsitas veritati praedjudicet, aut iniquitas praeualeat.

aequitati: et porro, ne per iniuriosos et iniquos iudices innocentium iustitia laedatur. Haec ratio quo magis stringit in accusationibus criminalibus, vbi non solum accusati, sed et ipsius reipublicae interest, ne falsitas accusationis praedjudicet veritati innocentiae reorum; eo minus de necessitate concedendae huius defensionis
E

recta probatio non aliter fieri, nec concipi potest, quam si circumstantiae necessario et inseparabili nexu cum ipso facto delato coniunctae, remoueantur, et iisdem demum remotis, pariter concidat suspicio facti, reo obiecti. Inde manifesta est necessitas et utilitas Inquisitionis generalis, a non-nullis temere in dubium vocata, qua iudex criminalis in omnes circumstantias vel minimas, factum illicitum, de quo quaestio est, vel antecedentes, vel concomitantes, vel subsequentes, omni data opera inquirere, et Actis ut inserantur, sedulo curare debet. p) Adeo verum est, minimam circumstantiam,

fensionis, in hoc casu dubitandum est; inde quoque obiter animaduertere liceat, inutiliter concedi Defensionem pro auertenda inquisitione, nisi et cum Defensore communicentur Acta Generalis Inquisitionis, ex quibus circumstantiae delicti cognosci possunt, quibus non satis cognitis, nulla est, quae fieri debet, per indirectum probatio. De hac indirecta innocentiae probatione, videatur omnino A N T . M A T T H . de Crim. ad Lib. XLVIII. ff. Tit. 15. cap. 7. n. 1.

p) Confer. INSTRVCT. CRIMIN. HANNOV. Cap. IV. §. 6. ibi: Dergestalt umständlich -- als nach Beschaffenheit der Sachen nur immer möglich ist, sintemahlen ohne solche höchstnöthige Anzeigung der Zeit, des Orts ic. Und anderer Umstände, der Be-

schuldigte sich nicht füglich defendiren, noch den Angeber einer falschen Bezüchtigung (addo den Richter einer vergeblichen Inquisition) überführen kan. Item §. 10. Welche (nehmlich Gerichte) vor der Captur und Special - Inquisition reiflich zu überlegen haben, ob gründliche und gnugsame Ursachen darzu vorhanden -- und wie die Anzeigungen, Verdacht oder Muthmaßungen einer begangenen Missethat, eigentlich in solchen sich zu Tage gelegten Umständen bestehen, welche vor der That entweder herzugehen, damit verknüpft zu seyn, oder auch darauf zu folgen pflegen; Also ist auch jederzeit wohl zu erwegen, ob und wie weit solche bereits bekannte Umstände, mit dem geschehenen Verbrechen auf eine oder andre

PRO AVERTENDA INQVISITIONE 35

stantiam variare ius, eamque neglectam vel omissam officere ipsius innocentiae probationi. Caute igitur obseruet Defensor, defensionem petens, ut probabiles rationes remouendi eiusmodi circumstantias iudici exponat, ex quibus certum demum iudicium, de admittenda vel deneganda defensione petita, facere potest. Quibus obseruatis, et innocentia consultum est, et temeritati friuolae defensionis obuiam itur.

E 2

§. XXII.

bere Weise connexion haben, damit man urtheilen könne, ob selbige jemanden zur Inquisition zu ziehen, zureichich oder nicht. Cap. VII. §. 10. ibi: Wie dann die Gerichte, wenn sie nur, als Gottesfurchtigen und gewissenhaftesten Gerichts-Personen geziemet, gehörigen Fleiß anwenden, die Bewandtniß der That, mit allen lindernden und beschwrenden Umständen vorherwohl zu erforschen. Item Cap. VIII. §. 6. Gleichwie eines jeden Christlichen und Gott den obersten Richter furchtenden Gerichts-Endzweck bey allen Inquisitions-Sachen, und sonderlich bey Führung des Beweises seyn soll, nur die Wahrheit ans Licht zu bringen, es gereiche dieselbe dem Missethäter zu Überzeugung seines Verbrechens, oder auch zu seiner Entschuldigung oder gänzlichen Absolution - - Daz es auf beides nach Anleitung der General-Inquisition das Absehen richte, da-

mit eines theils das Böse bestrafet, und andern theils die Unschuld an den Tag gebracht werde. Add. ORD. CRIM. BRANDENB. Cap. IV. §. 9. It. Brandenb. Allgem. Iusfitz-Ordn. de an. 1713. §. 57. ibi: daneben was so wohl zu des inculpati Überzeugung, als seiner Defension dienen kan, fleißig annotiren. ORD. PROC. MAGD. RECOGN. Cap. L. §. 1. in fin. ibi: In den Inquisitions-Sachen, sollen die Obrigkeiten = jedesmahl eine deutliche Registratur halten, was das Fundament der Inquisition sey = nicht wie bisher geschehen = = ohne Meldung, was das Gerüchte für einen Grund, oder wer der Denunciant = = dahingegen = = ausdrücklich zu exprimire die Zeit, wenn das Gerüchte entstanden, auf was maße es eigentlich ausgebrochen = = damit man wahrnehmen könne, ob ein beständiger Grund zur Inquisition sey.

§. XXII.

Si fatetur reus factum, sed negat q) esse illicitum, probare tenetur, quod implicite contendit, iure factum esse. r)
In hunc sere modum qui internecione aggressoris iniusti, vitam suam defendere ineuitabili ratione coactus fuit, defensione pro auertenda inquisitione omnino audiendus erit; maxime cum ipse iudex generali inquisitione certior factus sit, de defensione necessaria, qua usus est interactor. Nec denegandam esse puto, licet ipsi iudici cum excessu quodam coniuncta tutela corporis esse visa fuerit, quem tamen non nisi poena extraordinaria, s) et forte pro qualitate personae pecuniaria sequeretur. Defensor vero in id incumbat, necesse est, ut statim in litteris pro impetranda defensione iudicem instruat, de eo, quod ad remouendum excessum inculpatae tutelae maxime facit, et in inquisitione generali adhuc inexploratum relictum est. Quo recte obseruato, defensio petita absque vitio nullitatis denegari non potest. Remedium enim eruenda veritatis per inquisitionem speciale, durius esse nequit ipsa poena in excessum statuenda, qui declinari plene non potuit. Idem iudicium esto de facto confessio, quod casu fortuito accidit.

§. XXIII.

q) Hanc defensionem dicit honestissimam QUINTILIANVS Inst. Orator. Lib. III. Cap. 6. Ut a Defensore, inquit, incipiam, longe fortissima tuendi se ratio est, si quod obiicitur, negari potest. Proxima, si non id, quod obiicitur, factum esse dicitur. Tertia honestissima, qua recte factum defenditur. Quibus si deficiamus, ultimū quidem, sed iam sola superest salus aliquo iuris adiutorio-

elabendi ex criminē, quod neque negari neque defendi potest, ut non videatur iure actio intendi. Idem Lib. VII. Cap. 3. DEFENSIO- NEM habet POTENTISSIMAM, qua ipsum FACTVM, quod obiici- tur, dicimus HONESTVM esse.

r) L. 5. 12. 17. 18. §. 1. L. 19. 22. ff. de Probat. L. 9. C. de Except.

s) Eiusmodi casum memorabilem, vbi poena extraordinaria decre-

§. XXIII.

Pergo ad alium casum, quando quidem reus confitetur factum illicitum, t) sed negat esse dolosum. Hoc casu probare debet Defensor, si non casu fortuito, culpa minimum, neutquam vero dolo factum esse, id quod reo non saltem in vitio sed in crimen ponitur. Addatur pariter casus, quo reus factum illicitum dolosum non diffiteri potest, attamen negat esse tale, quod inquisitione speciali solenni dignum sit. Nullus dubito, quin utroque casu admittenda sit defensio praetertenda inquisitione. In utroque enim casu sedulo caendum est, ne poena quam solennis inquisitio secum trahit, maior sit, quam quae in atrociori, absque tamen dolo commisso, vel in leuiori delicto obtinet. Profecto si in utroque casu iudex praeuideat, poenam statuendam esse, quae famam non suggillat, et suspensioni ab officio aequiparari nequit. Facile colligitur remedium eruendi veritatem delicti, et convincendi reum, non ita debere esse comparatum, ut reum magis affligat, quam ipsa poena delicto conueniens.

E 3

§. XXIV.

decreta fuit, videsis apud KRESS.
ad C. C. C. Art. LXVII. not. * 2.

t) Non obstat C. C. BRANDENB. Cap. III. §. 23. ubi, daserne aber der Beschuldigte die That nicht leugnet, sondern nur exceptiones dociren will, ist er mit der Defensione pro auertenda nicht zu hören, sondern allem Aufenthalt der Sachen vorzukommen, der Inquisitions-Proces fortzuse-

gen. Verba enim die That nicht leugnet sine dubio intelligenda sunt, de facto illicito doloso, inquisitione speciali digno, et quod de exceptionibus dicitur, explicandum est ex ORD. PROC. MAGDEB. Cap. L. §. 2. (vid. supra §. XIV. not. u) de exceptionibus, quae duntaxat ad mitigandam poenam faciunt, non verum delictum imputatum perimunt, qualis est prae scriptio criminis.

§. XXIV.

Mirum, quantum DD. variant in definiendis *delictis*, quae inquisitionem specialem merentur. Origo huius incertitudinis repetenda est, a nimia extensione Processus Inquisitorii, quam Iuri Canonico debemus. In locum Accusatorii, qui accusatore, maxime cognato, deficiente, cessat, substitutus est Processus Inquisitorius. De illo manifesta est sanctio criminalis Constitutionis Carolinae, u) quod poenam corporis afflictionem exigat. Nulla est ratio, cur non hac in re, sicuti in aliis Nemesin Carolinam sequamur, atque Processum Inquisitorium solennem non nisi eo casu admittamus, quo minimum poena corporis afflictionis praevideri potest. Qui ad delicta, quorum poena est relegatio, Processum Inquisitorium extendunt, v) non tam ab eiusdem rationibus recedere mihi videntur.

u) Vid. C. C. C. Art. XI. ibi: Ubelthat = die peinliche Straffen auf ihn tragen; quae sit poena criminalis vid. C. C. C. Art. CIV. ibi: Peinliche Straff am Leben, Ehren, Leib oder Gliedern. Confer. Art. CXI. et CXLIV. confessit C. C. BRANDENB. Cap. III. §. 18. ibi: Wenn die That eine lebens- oder schwere leibes-Strafe verdient hat, Cap. VI. §. 15. Wegen Missethat, worauf eine lebens- oder leibes-Strafe gesetzt ist, zur Haft gebracht, et Cap. VII. §. 1. ibi: Nach begangener Missethat, welche leibes- oder lebens-Strafe nach sich ziehet. Imprimis notatum dignum est, quod grauioribus delictis leuiora expressis verbis

opponantur Cap. VII. §. 9. ibi: In geringen Ubelthaten, deren Bestrafung nur auf Landes-Verweisung und Geld-Busse geht.)

v) Vid. INSTR. CRIM. HANNOV. Cap. V. §. 1. ibi: Wenn das Verbrechen eine Lebens- oder schwere leibes-Strafe, oder Landes-Verweisung verdientet, vor allen Dingen Sorge tragen, daß der Thäter oder Verdächtige zur gefänglichen Haft gebracht werde: incarceratio ut plurimum praecedit specialem inquisitionem, nisi huic, nec illici locus est. Inde regula Cap. IV. §. II. ibi: Die Indicia, so

dur

PRO AVERTENDA INQVISITIONE 39

videntur, quam qui cum CARPZOVIO, x) omnia illa atrocis,
et

zur Special-Inquisition gnugsam, auch zur Captur hinlänglich sind, recte inuertur, ita ut delicta, quorum indicia ad incarcerationem sufficiunt, speciali quoque inquisitioni reum subiiciant: hac ratione argumentandi obseruata, quae dicenda sint delicta leuiora, porro patet ex Cap.V. §. 2. Wenn das Verbrechen so beschaffen wäre, daß darauf nur Gefängnis-Geld- oder andere geringe Straße erfolgen könne, weswegen nicht zu vermuten, daß jemand werde Landflüchtig werden, soll mit der Captur nicht ehender verfahren werden, als wenn der Verbrecher der Flucht halber verdächtig. Inde recte colligitur, quod delictum non in carcere, illud nec dignum est speciali inquisitione solenni. Adde regulam quam suppeditat IVL CLARVS Lib. V. §. Fin. Qu. 46. n. 7. *Vbicunque pro crimine imponitur poena corporalis, reus non est sub fideiussoribus relaxandus: ubi vero non imponitur corporalis, non est carceribus mancipandus, si fideiussores offert.* Optime igitur ex eo, quod DIUUS PIVS ad epistolam Antiochenium graece rescripsit, non esse in vincula coniiciendum eum, qui fideiussores dare paratus est: nisi

tam graue scelus admisissse eum constet, ut neque fideiussoribus, neque militibus committi debeat: verum hanc ipsam carceris poenam (addo inquisitionem specialem solennem) ante supplicium sustinere. L. 3. ff. de Custod. et Exhib. reor. argumentum a carceris poena ad specialem inquisitionem solennem duci potest. Non aeque famam fuggillat incarcerationis, nec aeque damnosa est, ac specialis inquisitio solennis. Quod si igitur poenam carceris ante supplicium sustinere iniquum est, nisi si graue scelus admisissle reum constiterit; profecto multo minus locus est in delictis leuioribus inquisitioni solenni speciali, quae carcere acerbiorem poenam iacturae existimationis et officii, quo fungitur, secum trahit. Hanc hoc modo recte dixeris poenam sine criminе iniustissimam. Sicut enim carcer non inuentus est ad poenam, sed ad custodiā L. 8. §. 9. ff. de Poen. ita et Processum inquisitionis specialis solennis, non nisi ad eruendam facilius et citius veritatem criminis vel innocentiae adiuentum, in poenam sine criminе commutare acerbum est.

x) P. III. Qu. CVII. n. 30. Idem vero Qu. CXI, n. 25. constituit aliam

et, quod sequitur; *inquisitione speciali digna delicta esse autem, quorum cognitio ad iudicem criminalem superiorem spectat.* Vnicum argumentum, quod CARPZOVI M^y) mouit, ut hoc statuat, vitiis disparis rationis et malae consequentiae laborare videbimus. Causae iniuriarum pro conditione personarum, modi, loci et temporis nimis variant: z)^y ut inde *ICtus magni nominis*, tanquam ab exemplo, et ab exorbitante delicti specie regulam vniuersalem colligere nequeat. Nec a particulari ad vniuersale, consequentiam ducere fas est. Quam excitat CARPZOVI S, Lex Saxonica a) ad

aliam regulam: *Quia inquisitio specialis ut plurimum incipit a captura et incarceratione, probabilitate dici potest, indicia ad inquirendum legitima, ad capturam quoque sufficientia esse.* Et aliam ead. Qu.n.5. quae ita habet: *Quod regulariter ad incarcerationem delinquentis Iudex deuenire non possit, nisi in criminibus, pro quibus irrogatur ultimum supplicium, vel poena corporis afflictiva.* Si vera est illa regula, sequitur, quod etiam secundum hanc argumentum procedat, quod ad speciem inquisitionem iudex deuenire non possit, nisi ubi minimum poena corporis afflictiva obtinet. Id quod e diametro cum tertia illa regula, a CARPZOVI in hoc §. suppeditata, pugnat.

y) Cit. loc. n. 32.

z) Propter iniurias illatas, et-

si haud atroces sint, criminaliter agi posse docet et praeiudicio confirmat WERNHER. Sel. Obs. For. P. VI. Obs. 486: propter iniurias reales et criminaliter et ciuiliter agi posse ipse fatetur CARPZ. Qu. XCIX. n.65. Confer. n.14. seqq. n.19. seqq. et supra Qu. XCIV. n.56. n.59. seqq.

a) Resolut. Grau. de anno 1612. in CORP. IVR. SAXON. AVGSTAEO Tom. I. p. 174. verbis: Dagegen wenn ein Priuatus wieder den andern in causa iniuriarum, oder wegen anderer geringen Beschuldigungen, so sonderlich noch auf mehrere Ausfuerungen beruhen, zu inquiriren gebeten, Solches, es ware dann einer contemplatione et intuitu officii iniuriaret, abgeschlagen, und zu oedentlicher Ausubung gewiesen worden.

ad discrimen notabile inter iniuriam a priuato in priuatum, vel in Magistratum illatam magis respicere, quam argumentum specialis inquisitionis in omnibus delictis, quae tendunt ad vindictam priuatam, ciuiliter, in iis vero, quae ad vindictam publicam pertinent, criminaliter, agendum sit. In hunc demum modum intellecta Lex rectius cohaeret cum verbis antecedentibus, b) quae duntaxat in delictis manifestis maioribus et scandalosis, quae reipublicae tranquillitatem offendunt, indeque vindictam publicam exigunt, inquisitionem specialem obtinere, satis significanter innuunt.

§. XXV.

Aliae igitur sunt *causae criminales*, quae poenam mortis vel corporis afflictuam secum trahunt, Peinliche Fälle. c) Longe vero aliae sunt causae delictorum, quae etsi non criminales,

b) Verba antecedentia sunt: Und weil beydes die Rechte, so wohl iest erwehnte Verordnung, hierinnen gleichfalls klar, auch von denen Rechts-Lehrern dieses remedium ex communi consuetudine nummehr pro ordinario, so in allen Delictis stadt habe, gehalten wird, und hierüber in Unserer Regierung, der Unterscheid gebraucht, daß allein in delictis manifestis, maioribus et scandalosis, und fürmehl in causa turbationis, violatae pacis, excitati tumultus und andern dergleichen straffwürdigen und frevelhaften Fällen, dadurch reipubl. tranquillitas, offendiret, bemeldeter

Proces angeordnet, und darauf rechtlich Erkanntniß erhöhet.

c) Quas tamen causas et poenas criminales, caute discernere nouit CARPZ. *Qu. CII. n. 29.* -- 55. Confer. WERNHER. *Sel. Obs. For. Tom. I. P. V. Obs. 203. pag. 110.* Qui probat casus criminales, Peinliche Fälle, regulariter accipiendos esse de illis, vbi de poena corporis afflictuam agitur. Singularē est, quod in Franconia quatuor grandiora delicta, ad Iurisdictionem supremam criminalem referantur, scil. Mord, Brand, Nothzucht und Diebstahl, LAVTERB. *Coll. Theor. Pract. Tit. de Publ. Iudic. §. 1.* Imprimis notau dignum

minales, iudicis tamen criminalis, neutquam ciuilis cognitio-
ni subiacent, Ober-Gerichts-Fälle. Ab his ad illas, et ad Pro-
cessum Inquisitorium, qui propter eas introductus est, sic a
diuersis ad diuersa, argumentari non conuenit. Omnino di-
uersa est ratio distinctae Iurisdictionis, in superiorem et infe-
riorem, et introducti Processus Inquisitorii, famam suggillan-
tis. Ad superiorem, siue criminalem referenda fuerunt mul-
ctae, ut sumtus criminales facilius tolerari possent, quod adeo
verum est, ut plures casus non criminales, qui in causam mul-
ctae cadunt, a superiore iudice puniantur, et multæ eiusdem
Fisco applicentur: d) quae rationes manifesto cessant, in
constituendis casibus speciali inquisitioni obnoxii. Consi-
derent, qui aliter sentiunt, *casus Iurisdictionis criminalis*, non
criminali, sed poena carceris vel multæ coercendos, e. g. fur-
tum quatuor grossorum, stuprum, et alias in dicto Responso,
ut et in Ordinatione Prouinciali Saxonica e) enarratos, et
tantisper

dignum est, quod in Rescripto
DIVORVM FRATRVM, quod
habet VLPIANVS in L. 1. ff. an
per alium cause appellat. redd. a
capitalibus et pecuniariis discer-
nuntur cause, ex quibus sequi so-
let poena usque ad relegationem.

d) Vid. Resp. Scab. Lips. quod
exhibit CARPZ. Qu. CIX. n. 35.
Jedoch was die Sachen, Geldbus-
sen oder Abtrag anreichen thut, so
von peinlichen Sachen herfliessen,
welches geschieht, wenn eine pein-
liche Sache mit Zulassung der Ge-
richte, und Bewilligung des ver-
legten flagenden Parts, oder aus

andern Ursachen bürgerlich würde,
oder aber, daß sich ein Mord, Lämb-
de, oder anders nicht aus Vorsatz
oder arge List, sondern aus solchem
Unfleiß und Verwahrlosung zu-
trüge, daß sie zu Recht zu einem
bürgerlichen Abtrag gelassen wür-
de. Solche Fälle, ob sie wohl zu
Geldbußen gereichen, so werden
sie doch gleichwohl durch die Ober-
Gerichte gestraft, und wird von
ihnen die Straffe eingehoben.

e) De an. 1555. sub. Tit. Was
zu Ober-Nieder- und Erb-Gerich-
te gehöret. Confer. CARPZ. Qu.
CIX. n. 26 - - 28.

cantis per cogitent, vtrum omnia delicta f.) quorum cognitio ad iudicem superiorem pertinet, ignominiosam inquisitionem mereantur; an vero alia prorsus ratio definiendi casus, ad Iurisdictionem criminalem pertinentes, alia vero cognoscendi causas criminales, inquisitioni speciali aptas, ineunda sit. Ex dictis pariter liquet, extra Saxoniam multo minus doctrinam CARPOVII admittendam esse. Quo vero magis incertam rationem delictorum solenni inquisitione dignorum animaduertere licet, eo faciliorem se praebere debet iudex, in admittenda defensione, quae pro auertenda inquisitione speciali petitur.

§. XXVI.

Hisce fluctibus incertae opinionis, de delicto speciali inquisitione digno, superatis, euitaturus Charybdim, incido in Scyllam incertae et iniquae sortis, quam experitur de *Corpo-re Delicti et de indiciis* doctrina. Omnia scripta Defensionum reorum, quae mihi inspicere licuit, maximam partem loquuntur de Corpore Delicti, quod illud deficiat. Quot Scriptores rerum criminalium euoluo, tot incertas et vagas de Corpore Delicti reperio sententias. g) Quot capita, tot sententiae. Alii defendunt certitudinem Corporis Delicti, antequam ad incarcerationem, et solennem inquisitionem procedatur;

f) Vid. de Furto paruo sententia Scabin. Lips. apud CARPZ. P. II. Qu. LXXVIII. n. 102. So werden sie wegen ihres begangenen Diebstahls, M. S. auf 4 Wochen, D. S. auf 3. Wochen und D. P. 8. Tage lang mit Gefängnis in Strafe genommen. Quotusquisque in hoc exemplo non videt, remedium specialis inquisitionis

solennis, longe duriorem cauam continere, quam ipsa poena habet. Modus vero inquirendi in delicta non severior, ne dicam acerbior, quam ipsa poena esse debet.

g) Quas inter recentiores optimae contulerunt WERNHER. Sel. Obs. For. Tom. I. P. IV. Obs. 4 pag. 734. et HOMMEL. Diff. An. et

cedatur; alii contrariam sententiam morditus propugnant. Media via tutissimus ire mihi videor. Certa nimurum regula Corpus Delicti ad exemplum indiciorum, quae ad specialem inquisitionem sufficient, definiri non posse arbitror. Reim omnem de Corpore Delicti ex diuersa conditione et qualitate delicti aestimandam esse, persuasum mihi est. *Corpus Delicti absoluitur cognitione facti, quod in criminis ponitur, una cum suis circumstantiis, quae naturali et inseparabili nexu, cum facto cohaerent, ut probabiliter cognito delicto, in delinquentem speciatim inquiratur, et utroque perfecte cognito poena promerita statuatur.* Circumstantiae facti, maxime produnt veritatem delicti. Qualitates personae et facti, coniunctim nosse, plurimum iuuat in delinquente cognoscendo. Quod verum est factum, habet suas circumstantias, quae vel interdum vel ut plurimum, vel nunquam non adesse solent. Si verus est autor facti, qualitates personae ita comparatae esse debent, ut cum facto ipso eiusdemque circumstantiis stare queant. Qualitates facti et personae facientis, continuo nexu perfecte vnitae cohaereant, necesse est. Corpus delicti, et indicia, quae contra delinquentem adsunt, in cognoscendo utroque, aequo minus, ac a facto faciens separari possunt. Inde fit, ut indicia cum Corpore Delicti saepius male confundantur. Facientem existere oportet ante factum, sed factum prius cognitum esse debet, quam de faciente certitudo haberri potest. h) Inde patet necessitas indagandi in Corpus delicti, ante specialem inquisitionem solennem. Haec vero necessitas non

et quatenus certitudo Corporis Delicti in Processu Criminali necessaria sit.

h) Ita sentit QUINTILIANVS Inst. Orator. Lib.VII. Cap.2. Cum vero, inquit, de reo et de facto

quaeritur, naturalis ordo est, ut prius factum esse accusator probet, deinde a reo factum. Si tamen plures in personam probatores habuerit, conuertet hunc ordinem. Defensor autem prius negabit

PRO AVERTENDA INQVISITIONE 45

non est absoluta, neque ita concipienda, quasi iudex prius de auctore delicti non cogitare debeat, quam perfecte habeat cognitum delictum: sed quod naturaliter euenit, iudici indaganti factum cum suis circumstantiis sese offerunt indicia, quae pariter auctorem facti produnt, in quem aequa ac in factum inquirendum est. Probabiliter cognito facto illico, eiusdemque auctore, demum procedendum est ad specialem inquisitionem solennem, i) quae, in utrumque apertius et exactius

gabit esse factum, quia si in hac parte vicerit, reliqua non necesse habet dicere. Vito supereft, vt tueri se possit. Illic quoque, ubi de facto tantum controversia est; quod si probetur, non possit de auctore dubitari: similiter argumenta et ex persona et ex re ducuntur, sed in unam facti quaestionem.

i) Idem cautum est, in ORD. CRIM. BRANDENB. Cap. III. §. 8. Bey offenbaren Verbrechen, welche, nachdem sie verübt sind, einige Merkmale nach sich lassen, als da sind; Verwundung, Todtschlag, Einbruch, Mord, Brand, Vergiftung und dergleichen, muß der Richter, sobald das Gericht davon an demselben gelangt, mit dem Gerichte sich zusammen thun, und den Augenschein davon einnehmen, nach allen Umständen der That, wie und welcher gestalt sich selbige zugetragen, fleißig

sich erkundigen, und alles unermüdet zu Protocoll bringen lassen. Iungatur eiusdem Capitis §. 13. vbi iudex satis cognito Corpore Delicti, duntaxat in genere contra auctorem delicti incognitum inquirere, et terminos generalis inquisitionis hactenus non egredi iubetur. Significantius et apertius hac de re disponit

INSTRVCT. CRIM. HANNOV.
Cap. IV. §. 8. quem addere non piget. Wann bey einem dem Gerichte angebrachten oder bekannt gewordenen Verbrechen, beydes die That an sich selbst, und derselben Urheber annoch ungewiß sind, soll das Gericht zusönderst um das Corpus Delicti, oder die Wahrheit der gerügtten Ubelthat, so viel möglich, mit allen Umständen zu erforschen bekümmert seyn, und allen Fleis anwenden, davon gewisse und gründliche Nachricht zu erhalten, damit,

actius inquirendi, viam pandit. Hoc fere modo intelligendum est, quod de maiori certitudine delicti, et delinquentis, in poenis infligendis, quam in speciali inquisitione decernenda vulgo traditur.

§. XXVII.

De corpore delicti *facti permanentis*, citius et certius quam de corpore delicti *facti transeuntis* constare, recte dicitur. Proinde si nulla appareant vestigia delicti facti permanentis, de quo rumor in vulgus increbuit, res suspicione rumoris falsi non caret. Prudens igitur iudex, ante omnia inquirat in circumstantias delicti, sine quibus prorsus non, vel saltem difficulter committi potuit. Si qua est utilitas generalis inquisitionis, ea in hoc ipso maxime cernitur. Quoties vero eiusmodi circumstantiae omni data opera, cum certitudine vel probabili detegi non possunt; pluris interest rei publ. iudicem in inquisitione delicti impenetrabilis subsistere, quam non satis cognito delicto innocentium existimationem, et fortunam, ad solennem inquisitionem deproperando, in discrimen vocare. Id quod si negligat iudex, et minus iusto solers

wenn es hernächst zur Special-Inquisition, Abfassung der Inquisitional-Articul, und andern der gleichen Handlungen, welche die bey der General-Inquisition erkundigten Umstände des Corporis Delicti zum Grunde haben müssen, kommt, keine Fehler und Nullitäten begangen, auch andere, so wohl zu grosser Verzögerung des Inquisitions-Processes, als der Gerichte eigener Verunglimpfung gerechende Inconuenienzen vermieden werden mögen.

Nec aliud Iure Saxonico Electorali sanctum est. Vid. *Resolut. Grauan.* de anno 1612. in CORP. IVR. SAXON. AVGVST. T. I. pag. 174. ibi: Nicht alsbald mit der Inquisition verfahren, zuförderst aber jedesmahl fleißige Erfundigung de corpore delicti eingezogen, und wenn darauf redliche Anzeigungen und Vermuthungen wieder den Beschuldigten vorhanden, solches alles in Articul versasset ic.

solers sit ipsius iracundia, ne dicam crudelitas, ad fingendum
 delictum, vbi non est; cautus Defensor pro auertenda inqui-
 sitione sollicitus, iudicis officium iustis finibus continere sciet,
 et rectius agit, si ad ea quae antea dicta sunt, quam ad allega-
 tiones LLum et DDum exscribendas, animum sedulo aduer-
 tat. Peroportune incido in casum, cuius BOEHMERVS k)
 mentionem facit. *Vicini duo, faber et sartor inimicitias
 capitales inter se gerebant, quae hunc induxerunt, ut pessi-
 mum consilium caperet, quo fabrum in periculum capitatis con-
 sideret. Hac de causa animaduertens fabrum esse absentem,
 alteroque die ex itinere reuersurum, primo diluculo idem iter
 suscipit, equo insidens, quem ad has insidias praeparatum, et
 sanguine quodammodo coopertum, post meridiem in via publi-
 ca abigit, atque ita equus, sine equite post aliquot horas do-
 dum reuertitur, sartore interim apud amicum dolose latitan-
 te. Equo sanguine maculato hoc modo reuerso, mox clamor
 publicus per oppidum exsurgit, sartorem esse occisum, indi-
 cium sanguinis in equo apparere: incredibile omnino esse, ut
 equus reuerti potuisset sine equite, cetera. Vix natus erat de-
 caede sartoris clamor publicus, dum faber ex itinere domum
 reuertitur: mox mussitare plerique imo tandem uniuersum
 oppidum una communi voce asserere coepit, auctorem huius
 criminis esse fabrum, sartoris hostem capitalem, eumque debi-
 to subiiciendum supplicio. Ad hos continuatos clamores tan-
 dem faber miserculus rapitur in carcerem: de occiso sarto-
 re contra eum, ut autorem caedis inquiritur: eo in negando
 persistente, testium depositiones recipiuntur, tandemque defen-
 sionem praeparanti laetus adfertur nuntius, sartorem ineo-
 lumem redisse, et ita clamorem de caede eius inanem vanum-
 que fuisse, quo ipso quidem dimissus, interim tamen per se-
 ptendecim hebdomadas, in squalore carceris, inquisitioni sub-
 iectus*

iectus fuit. Iudex se communi iuris subterfugio purgabat, dum quod clamore publico faber lignarius de caede sartoris informatus, dum etiam, quod communi persuasione sartor pro occiso habitus, creditumque vulgo fuerit, cadauer clandestinis machinationibus hominum conspectui subtractum fuisset.

§. XXVIII.

Exemplis his satis, vt opinor, edocemur, de re prius, quam de reo inquirendum esse. Palam praepostere egit iudex, dum posthabita indagatione homicidii commissi, rumori vago et mendaci de occiso sartore, et interfectore fabro, qui in vulgus, et forte a malignis hominibus exierat, fidem mox adhibuit, et in indicia contra fabrum, ad quae inimicitia cum

sarto-

1) Iocoferio casui addi potest alius funestus, qui apud GODELMANNVM de Magis, Veneficis et Lamiis, recte cognoscendis et puniendis. Lib. III. Cap. X. n. 7. legitur. In Archi-Episcopatu Bre-mensi castello N. vidua adbuc iuuenula cohabitabat filio suo in matrimonio iam viuenti. Haec cum aliquoties cum filii sui seruo domestico confuesceret, filiusque eam instanter, sed frustra admoneret, ut ab isto scelere desisteret. Redit aliquando filius ex templo domum, eum cum famulus vidisset ex cubiculo, vbi cum matre fuerat, dufugit. In fuga Dominus eum persequitur, et flagello pileum serui de capite illius detiicit, at seruus elapsus et 12 milliaribus a pago isto distantibus alteri Domino famulatur. Cum autem parentes serui filium quaererent et Dominum propterea alloquerentur, hic rem gestam cum omnibus circumstantiis ordine narravit, addendo, pileum quidem ipsius adesse, vbi vero iam locorum filius viuat, se ignorare. Hoc responso pater non contentus eum propter suspicionem amissi pilei apud iudicem homicidii accusat. Iudex illico absque ulteriori inquisitione statim Dominum innocenter torturae subiicit, vbi prae nimio dolore et cruciatu fatetur, se seruum interfecisse, et cadauer in Visurgim praeterfluentem concicisse. Tandem cum ad locum supplicii deduceretur innocens, et a pastore, ut veritatem libere profiteretur, admonitus fuisset, respondit, seruum non interfeci: At quid iuuat veritatem dicere? interfeci eum. Et ita sub Carnifice pie mortuus est, tandem seruus et parens deprehensis poenas vicissim meritas dederunt.

sartore intercedens spectabat, ante cognitum delictum inquirere deproperauit. Nec audiendus fuit iudex obtendens, corpus sartoris occisi forte cognitioni suae subtractum fuisse. m) Non enim hoc coniecturasse sufficiebat, sed admodum probabilibus rationibus de subtracto corpore occisi constare debuerat. Quomodo autem quaeso constare potuit, vbi iudex in sola coniectura vana cadaueris subtracti subsistens, ante specialem inquisitionem sibi incumbere non credidit, an reuera corpus occisi, et vbi locorum, absconditum fuerit. Fac igitur istam nequitiam paratam fuuisse in hominem nobilem, vel horum priuilegiis gaudentem, vel in officio publico constitutum: fac porro eiusmodi nequitiam ita praeparatam fuisse, vt pleraque indicia, quae honestissimum quemque suspectum reddere possent, et longa serie a DD. recensentur, statim obvia iudici vel coecutienti in oculos incurrent: fac denique furibundum pessimumque nequam sartorem, pro occiso habitum, non rediisse: Anne miserculus ille faber lignarius, vel alius, non cognito corpore delicti, absque certitudine cadaueris subtracti, torturae subiiciendus, vel ultimo supplicio afficiendus fuit? Ecquis vero iudici suasor et auctor fuerit, ut indiciis generalioribus suspectum de homicidio nondum cognito, ad carcerem et ad specialem inquisitionem trahere conetur. Ego vero puto, satis officio suo fecisse iudicem, qui omni data opera, corpus occisi, locum, tempus et modum homicidii inuenire studuit, et testes, non quos voluit et habere potuit, sed quos nouit idoneos et probabiliter inquirendae rei gnoscos, et, si res fert, ipsum reum indiciis grauatum, absque tamen iureirando testem, eo nomine generatim et cum cura examinavit. Quodsi vero cum crudelitate credul

m) Hanc exceptionem vagam Lib. I. Qu. 1. n. 9. et II. CARPZ. iudici suppedant FARINAC. P. III. Qu. 108. n. II. seqq. et n. 33.

lus iudex in hunc modum, nondum praecognito homicidio, ad specialem inquisitionem prouolare praesummat, hos ipsi sumtos spiritus et arrogantiam temeritatemque, Defensor cor-datus, defensione pro auertenda inquisitione caute suscep-ta, facile reprimere poterit, quam si denegare sustineat iudex, appellatione interposita de nullitate Processus Criminalis, apud Superiorē con querendi, et ab eodem eam obtinendi locus erit.

§. XXIX.

Veritas delicti perpetrati, est vel *certa* vel *probabilis*. Illa in delictis facti permanentis, haec sola in delictis facti transeuntis haberi potest. Illorum veritas certa saepius con-funditur cum indiciis, quae duntaxat probabilitatem faciunt; horum veritas probabilis eandem cum indiciis causam habet: his aequiparantur occulta delicta, quae et cognitione et pro-batione incerta sunt. Vtraque ab indiciis quibus constant, nulla alia ratione distingui possunt, quam quod indicia, quae proprie ita dicuntur, a qualitatibus personae delinquentis de-sumta sint, cognitio vero delicti facti transeuntis, et occulti, a qualitatibus ipsis facti pendeat; in eo tamen conueniunt, quod vtriusque veritas tantum probabilis sit. Vis ac potestas omnis veritatis huius probabilis sita est in naturali et per-pe-tuo nexu, quo qualitates facti, et personae facientis, iusta ratione conferuntur et coniunguntur; ita ut harum collec-tarum virtus praebeat argumentum tantum perpetrati faci-noris probabile, et suspicio delicti commissi adeo oneret reum, ut per specialem inquisitionem magis magisque eruenda veritas facinoris et facinorosi, tandem ope confessionis per torturam obtentae, et post triduum libere repetitae, ad eam certitudinem perducatur, quam poena vltimi supplicii, vel corporis afflictiua postulat. Hic demum est naturalis, iustus-que ordo et progressus, in cognoscendis et puniendis eius-modi delictis. Antequam igitur ad specialem inquisitionem proce-

PRO AVERTENDA INQVISITIONE 51

procedere potest iudex, omni, quā fieri potest, cura et studio, inquirere debet in ea, quae delictum circumstant, ex quibus iusta ratione probabili colligi potest delictum, de quo quaeritur. Argumenta rei aptiora, et verosimilia, quae produnt et proxime indicant factum illicitum perpetratum, et de intentione vel consilio doloso facientis testantur, conquisiſſe iūiat.

§. XXX.

Quae in legibus, vel scriptis criminalibus habentur exempla indiciorum, ex quibus iudex remotius vel proximus ad delictum obiectum concludere et argumentari iubetur, ansam inquirendi praebere, et in inquirendo reperta, motum iudicis sollicitare et confirmare possunt. Verum enim vero studiose cauendum est, ne incertis et vagis DD. Criminalium regulis, quae plures limitationes et exceptiones quam casus habent, ad quos iusta ratione accommodari possint, nimium et parum considerate confidat, ne remota vel parum concludentia pro proximis habeat, neve in vnico indicio vel proximo, fundamentum probabilis ratiocinii et arbitrii sui de delicto commisso temere ponat. Quod ex animi sui sententia credit et opinatur, vel leges ipsae, vel turbā DD. suppeditant, indicium vnicum proximum, cum aliis obseruatis remotioribus ipsi facto cohaerentibus, illud antecedentibus vel consequentibus, solerter conferre tenetur. Omnia cum hoc indicio proximo, quod hypothesin probabilem de delicto commisso conficit, exacte conspirare, absque contradictione conuenire, et iusta ratione conciliari debent. Et haec demum conuenientia, hic iustus et vniuersalis nexus rerum, quae vindiquaque factum illicitum circumstant, motum et ratiocinium probabile iudicis confirmare, et ab omni iniuria vel iniquitate alienum euincere valent, quod Harmoniam praeſabilitam rectius dixeris.

§. XXXI.

Quoties vero ex testimoniis vel actis vnica tantum se se offerat, vel humano saltem possit praeuideri consilio, circumstantia contraria, qua cum ratiocinium illud probabile prius adsumtum conciliari nullo modo potest; toties iudex, aut de remouenda vel auertenda hac contrarietate cogitat, pariter pensatis collatisque diu aliis circumstantiis, ut sola illa nemini tanti momenti videri possit, quae reum valeat absoluere: aut si remoueri hoc contradicens indicium ab ipso non potest, imo et alias omnes circumstantias praeponderare deprehendatur, hoc ipsi agendum venit, vt circumstantias priores, quae reatum inuoluere videbantur, eo uno indicio reperto, aut remoueat, aut conciliet alia ratione, et innocentiam rei, ante contraria hypothesi oppressam, iam alia adsumta eaque exceptionem et dubitationem omnem superante, erigat et recreet. n) Ex quo consilium specialis inquisitionis cum hypothesi mutata mutare, omnino conuenit. Praeterea inquisitio specialis palam temerario ausu intentatur, vbi in capitibus delictis ad torturam, et in iis, quae poenam corporis afflitionam habent, ad purgatorium iuramentum perueniri nequit. Quamdiu vero circumstantia contraria, de qua paulo ante, vim et virtutem indiciorum, reum criminis accusantium, debilitat, tamdiu reus tortura vel iureiurando grauandus non est. Et si verum est, pro reo pronunciandum esse, sequitur eius imprimis habendam esse rationem, qui reuera reus non est, sed ex magis probabili causa, delicti plane expers deprehendi-

n) Modum contraria indicia inueniendi eademque remouendi, vel cum aliis omnibus conciliandi, solus usus optimus rerum Magister docet, ut vere dixerit QUINTILIANVS Instit.

Orator. Lib. V. Cap. 7. Eius rei sine dubio nec disciplina vlla in scholis, nec exercitatio traditur; et naturali magis acumine aut usu contingit haec virtus.

PRO AVERTE NDA INQVISITIONE 53

henditur. Sicuti opposita iuxta se posita magis elucidere dicuntur: ita indicia alia accusantia, alia defendantia sibi iuste opposita non diu dubitare sinunt, cum quibus maior sit lux veritatis probabilis. o) Quae vero ad instruendum officium Iudicis Defensoris antea dicta sunt, ea omnia prudens Defensor, forte a Iudice neglecta in Defensione pro auertenda speciali inquisitione, suppleat necesse est.

§. XXXII.

Haec sunt praecipua momenta Defensionis pro auertenda inquisitione speciali, quae cuiuslibet conditionis reis communia sunt. Graue pondus addit *ipsa rei conditio*, quae suspicionem delicti insimulati declinare quandoque aut omnino amouere potest. In genere quidem vita ante acta, ut loquuntur, vel male actae emendatio spectanda est. Olim bene latuisse et bene vixisse, vel mores malos aliquando mutasse multum iuuat, ad declinandam suspicionem. Speciatim hoc loco agitur res nobiliti loco nati, vel nobilium priuilegiis gau-

G 3 dentis,

o) Optimum remedium discernendi magis probabilem veritatem animaduertere licet in INSTRVCT. CRIM. HANNOV. Cap. IV. §. 10. Also ist auch iederzeit wohl zu erwegen, ob und wie weit solche bereits bekannte Umstände, mit dem geschehenen Verbrechen auf eine oder andere Weise Connexion haben, damit man urtheilen könne, ob selbige, jemand zur Inquisition zu ziehen, zureichig oder nicht? Um aber in diesen wichtigen Sachen desto sicherer zu gehen, sollen die Gerichte hiemit ernstlich ermah-

net seyn, jedesmahl auf zwey Stück gar genau Acht zu haben: Erstlich, auf die Ursachen des wieder eine Person sich geäußerten Verdachts, und zum Andern, auf die gute Vermuthungen, so dieselbe etwa vor sich hat, und sie von der Ubelthat frey sprechen. Wann alsdann ermessen werden kan, daß jene grösser und stärker sind als diese, so mag und soll, woferne sonst das Verbrechen darnach beschaffen, mit der Captur und Special-Inquisition wieder den Verdächtigen verfahren werden.

dentis, in dignitate vel officio publico constituti, personae honoratoris conditionis, artificis, mercatoris, opificis, vel honesti ac boni cuiusque viri, quos imminens incarceratio et specialis inquisitio in discrimin honoris, dignitatis, officii publici, existimationis, fidei, honesti quaestus, loci inter opifices, et bona famae, adducit. In proclivi quidem est, quod non ipsa inquisitio iudicis, sed factum turpiter perpetratum, turpitudinem et infamiam contrahat: omnis tamen inquisitio fit ac fieri creditur, propter factum turpe et infamans. Nec bona fides religioque Iudicis Criminalis patitur vitae integros, scelerisque puros, rapuisse ad inquisitionem ignominiosam; et cum Iudex quilibet iustissimus praesumatur, malum omnino illi, et facinorosi, indicii grauati, et de crimen maxime suspecti praesumendi, qui speciali inquisitioni ab eo subiecti sunt. Factum turpe, facientis animum vitiosum, liberalem, vilem, inuidum, malignum et detestabilem indicat. Malum hunc animum omnes boni auersantur, detestantur, reformidant. Parum abest quin de inquisitis nostris cum **IULIO CAESARE** p) dicendum sit, quod *ii numero impiorum ac scelerorum habeanur, ab his omnes decedant, aditum eorum sermonemque defugiant; ne quid ex contagione incommodi accipient.* Nec male quis sceleris reum, inquisitum, quasi viuum cadauer et caput mortuum inter honestos ciues dixerit. Satis opinor causae habet vir honestus et bonus, ut speciale inquisitionem solennem, cane rabido peius et angue, longe lateque in immensum serpente, vitet, morsusque famae a se auertere satagat. Praecipua igitur consideratio Iudicis, et caput Defensionis in eo est, ut cognito delicto inquisitione speciali digno, ante omnia excutiatur, vtrum conditio et vita ante acta ita comparata sit, ut in eam cadat suspicio commissi delicti.

liciti. Hinc est, quod in eo pleraque Leges Criminales, quasi in unum conueniant, et prorsus conspirent. q)

§. XXXIII.

His fundamentis Defensionis huius praefectis, facile est iudicatu, quibus, quando, et quomodo, ea concedenda sit. ORDINATIO PROCES SVS MAGDEBVRGICI RECOGNITAR) eandem Actis praesente Notario ad excerptendum communicatis concedit, dummodo *rationabiles causas* delicti specialis inquisitione digni, a se non commissi alleget, et ad probandas se offerat. Fere consentit ORDINATIO CRIMINALIS BRANDENBURGICA de an. 1717. s) In INSTRVCTIO-

NE

q) vid. C. C. C. Art. XXV. et art. CCXVIII. ORD. CRIM. BRANDENB. cap. IV. §. 3. Cap. V. §. 22. Cap. VI. §. 5. ORD. PROC. MAGD. RECOGN. de anno 1696. cap. L. §. 5. INSTR. CRIM. HANN. O. Cap. IV. §. 5. §. 10. 11. 19. et 26. et Cap. VII. §. 3. Resolut. Grau. de anno 1612. in G. O. P. I. V. R. SAX. AVG. T. I. pag. 174. conf. L. 10. §. 5. ff. de Quaeſt. L. 1. ff. de Custod. et Exhib. reor.

r) Cap. L. §. 2. (vid. supra §. XIV, not. u.)

s) Cap. III. §. 23. Wann das Gericht zweifelt, ob der Gefangene zur Special-Inquisition gnugsam grauirtet seyn, oder aber dieser pro auertenda gehoert seyn will? soll derselbe, in zweifelhaftesten Fällen, darzu admittirt werden, und hat solchenfalls das Gericht, sich darüber belehren zu lassen, Da-

ferne über der Beschuldigte die That nicht leugnet, sondern nur Exceptiones dociren will, ist er mit der Defensione pro auertenda nicht zu hören, sondern allem Aufenthalt der Sachen vorzukommen, der Inquisitions-Proces fortzusehen. §. 24. In diesem Fall aber, da die verdächtige Person, pro auertenda gehoert seyn will, und dazu admittiret worden, zu dem Ende aber um Copey des Protocolli und der Indiciorum, das Gericht ersuchet; so soll dem Inquisito und dessen Aduocato, auf deren Verlangen, erlaubet seyn, die bis dahin in Generali Inquisitione ergangene Acta, in den Gerichten ein- und durchzusehen, und die Nothdurft daraus zu extrahiren; Dafern sie aber auch Copiam der gesamten Acten, auf ihre Kosten begehren würden, und

DE DEFENSIONE

NE CRIMINALI HANNOVERANA de an. 1736. t) distinguitur, primo loco, inter homines leuis notae et malae famae, vel alios; secundo, inter factum cuiusdam criminosum, plane mani-

und darauf bestünden, sich auch befinden sollte, daß sie solches nicht gefährlicher Weise suchten, sondern Ursach vorbrächten, warum sie der Acten zu ihrer Defension und Ablehnung der Indiciorum bedürften, und mit Inspection und Extrahirung verselben sich nicht begnügen könnten, möchte auch solches ihnen nicht verweigert werden.

t) Cap. IV. §. 26. Weil es sich auch vielfältig zuträget, daß die Inquisiten auf die ihnen vorgelegte Inquisitional-Articul nicht antworten, sondern mit der Defension pro auertenda gehöret seyn wollen; So soll, um vielen unnothigen Weitläufigkeiten vorzukommen, der Beschuldigte in zweifelhaftten Fällen, oder wann er ausführen wollte, daß z. E. das wieder ihn entstandene Gerücht von lauter liederlichen Gesindel, von infamen Leuten oder seinen Feinden, mithin von solchen, denen kein Glaube beyzumessen, herübre, oder, daß er zur Zeit der geschehenen That, an einem andern davon entfernetem Orte gewesen, oder sonst vernünftige Ursachen vorstellete, warum er eines

solchen Delicti nicht theilhaftig seyn, und folglich die Special-Inquisition wieder ihn nicht statt finden könne, dazu zwar admittiret, und ihm oder seinem Defensori zu Einbringung der Defensions-Schrift eine kurze Frist von etwa 14. Tagen angesetzt werden. Nachdemmahlen aber die Erfahrung vielfältig bezeuget, daß die Inquisiten gemeinlich hiebey nichts anders suchen, als nur von denen wieder sie vorhandenen Indiciis Nachricht zu erhalten, so sollen denen Beschuldigten, damit er sich nicht auf Unwahrheiten und allerley Ränke, seine Thaten zu verbergen, gefaßt machen könne, die bey der General-Inquisition geführte Protocolla und Acten, in vorberührten Fällen zur Einsicht nicht vorgeleget noch mitgetheilet werden. Dafarn aber entweder der Inquisit eine liederliche und schon zuvor übelbeschriebene Person, oder auch die That offenbar, und also beschaffen wäre, daß der Beschuldigte einige Defension pro auertenda nicht führen könnte, oder er auch das Factum selbst nicht, sondern nur einen oder andern Umstand leugnete,

PRO AVERTENDA INQUISITIONE 57

manifestum, et hactenus variis ex causis dubium; tertio, inter causas Defensionis, in forma exceptionum poenam delicti confessi tantum mitigantes, et alias, iusta ratione suspicionem delicti commissi remouentes: his casibus concessa, illis vero denegata est Defensio, quae pro auertenda inquisitione speciali intentatur. Hactenus haec Lex Criminalis Nouissima consimiliter confirmat ea, quae supra asserta sunt. Diuorum doctrinae, de communicandis cum Defensore Actis Inquisitionis Generalis, obiter intuenti legem, facere ea forte videbitur. Alia omnia, ut ego sentiam, non una mouet ratio; sed rem ipsam aequo iudici relinquo. Primum, non sine causa duntaxat in casibus modo dictis, in vorherberührten Fällen, neutquam vero abscisse prohibita est editio et communicatio Actorum. Casus sine dubio intelligendi illi speciales, famae nimirum ab infama plebe leuissima, ab infamibus vel ab inimicis oriundae, vel illius vulgati *alibi*, in quibus Potentissimus Legislator paulo ante concessit Defensionem pro auertenda inquisitione. Et in hos demum casus maxime cadit suspicio, cognitis indiciis, excogitandi mendacia et malas artes, quam propter ab Actis Defensorem arcet. At vero praeter hos in specie mox recensitos casus, eandem in gene-

rete, oder sonst nur etwas anführte, so ad mitigandam poenam gehöret, oder auch nur bloße Exceptiones zu dociren vermeintete, z. B. daß er dieses oder jenes zwar geharbt, aber dazu nicht aus Bosheit, Vorsatz, Gewinnsucht, &c. sondern aus Noth, vor ungefehr, aus Unwissenheit, u. s. f. gekommen wäre, soll er mit der Defension pro auertenda Inquisitione speciali nicht gehöret, sondern allen Aufenthalt der Sachen vor-

zubauen, ad Articulos Inquisitoriales antworten, und der Inquisitions-Proces fortgesetzt werden. Es haben demnach die Beamte in solchen Fällen, da jemand mit vergleichenen Defension pro auertenda gehöret seyn wollte, bemissen oder dessen Defensori den Inhalt dieses Paragraphi zu eröffnen, und indessen darüber, ob solche zu verstatten oder nicht, von unsren Iustiz-Cangleyen Verordnungen zu erwarten,

H

re admittit; quoties causae omnimodo rectae rationi consentaneae allegantur, ex quibus appareat delicti auctorem reum, neque probabili ratione, neque per coniecturas, dici posse. Hae rationabiles causae, quae omnem delicti insimulati suspicionem ab alienant, non modo non deduci, sed ne allegari quidem possunt, nisi circumstantiae delicti, cum quibus illae nullo modo stare nec conciliari possunt, ex Actis reo cognitae fuerint. Quae igitur ex probabilibus causis concessit Defensionem, Lex Criminalis, haud inique ita interpretanda est, ut non excludat remedium, quod ad hunc finem rationabili ratione ducit. Et si rationabiles illae causae faciant probabilem rei innocentiam, profecto innocens, ut mendacia vel malas artes, eludendi et protrahendi inquisitionem, meditetur, praesumendum non est. Cessante vero ratione legis prohibitiuae, cessat ipsa legis dispositio: praesertim in illis casibus, ad quos ratio prohibitionis non applicanda est. Nullam igitur vim Legi nouissimae inferet, qui illam ita accepit, ut iudici inferiori potestas non solum diiudicandi causas illas rationabiles, quae concessionem Defensionis suadent, sed et communicandi Acta cum reo minus data esse videatur: vtrumque potius ab exactiori arbitrio Superioris Collegii pendere debet: illud in fine §. 26. expresse cautum est, hoc vero inde necessario consequitur. Cum vero ex iis, quae supra scripsit, satis pateat, eius generis reos, a quibus et mendacia et territio alienatioque testium metui potest, quae eo maxime nomine metuere alias DD. solent, Defensione hac indignos esse: supervacuum esset, hic disputare, huic reorum generine communicanda Acta sint, an neganda. u)

u) Communicationem Actorum adstruunt, et plures consentientes et dissentientes allegant M E N - O K E N in Traçlat. Syopt. Proc. Iur. commun. et Saxon. Elector. Disp. II. §. 13. GOTHM. Vol. I.

Resp. J. n. 61. DE BERGER Elect. Iur. Crim. pag. 341. IOAN. SAM: FRIED. BOEHMER. Elect. Ipr. Crim. Sect. I. Cap. IX. §. 159. vid. supra §. XXI. not. (o) pag. 34.



ANT 3650